



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Universitätsbibliothek Paderborn

**Exetasis Testimoniorvm, Qvae Martinus Bucerus ex
Sanctis Patribus, non sanctè edidit**


Gardiner, Stephen

Lovanii, 1554

urn:nbn:de:hbz:466:1-29410



Th. 1162.



f. VIII
27

Ætatis G. d. indagator, censor. Budaus in annot. post.

ÆTASIS

TESTIMONIORVM, QVAE
Martinus Bucerus ex Sanctis Patribus, non sanctè
edidit, vt patrocinetur opinioni de cælibatus
dono, quam sine dono spiritus, contra
Ecclesiam defendit orthodoxam.

STEPH. VVINTON. EPISCOPO,
ANGLIAE CANCELLARIO AVTHORE.

*Quomodo consolamini frustra, cum ressonio vestra
ostensa sit repugnare veritati?*

Iob 21.

L O V A N I I

Prostant apud Iohannem VVaen Scotum, Bibliop.
Iurat. Anno 1554.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO
Cæsarea Maiest. ad tres annos.

CAUTUM EST CÆSAREO PRIVILEGIO SUB
PŒNA VIGINTI CAROLINORUM, NE QUIS
PRÆTER IOHANNEM VVAEN SCOTUM
IŒTA EXEMPLARIA INTRA PROXIMUM
TRIENNIVM AUT IMPRINAT AUT
VENDAT.

Subfig. P. de Lens.

T Y P O G R A P H V S

CANDIDO LECTORI.



Vim ad me per Thomam Theoboldum
virum præclarū & magnæ autoritatis ante
annos propemodum sex Reuerendissimi
Præfule Vintoniē. vir & in re Theo-
logica & linguarū peritia facile principis liber delatus
esset, cui titulum $\delta\zeta\epsilon\tau\alpha\sigma\iota\upsilon$ fecit, eo mandato, vt ad Mar-
tinū Bucerū primo quoq; tempore Argentoratū transmit-
teretur, quo ipse ex autographo cognosceret, quid illi à
Præfule inuictissimo sub ictū, vt tū videbatur, extremæ
fortunæ rescriberetur: simulque intelligeret captatas
sibi temporis occasiones nihil quo minus condignū res-
ponsum acciperet profuisse: Opus enim istud per ea tem-
pora à D. Vintoniē. compositum est, cum certus de
carcere ob constantiam defensæ fidei, non nisi extrema
in animo volueret, nec tamen respondendi voluntatem
vllius periculi metu relaxaret: Imò qui eo ipso vide-
retur mortem sibi accelerare: Nihil enim odiosius ty-
rannis in ipsum sæuientibus facere poterat. Ceterum
bonorum virorum consilium fuit, vt opus istud (ne au-
thorem grauaret, quem iam in carcere audiebant) vsque
ad quietiora tempora supprimeretur. Quanquā ille secu-
rus sui & martyrij cupidus nō desineret in vinculis eru-
ditissima quidē volumina, sed perinde tyrannis odiosa

conscribere. Inter quæ sunt libri duo de Eucharistia, quos iudicibus pro tribunali in reatu capitis exhibuit. Sed tamen non potuere boni viri non pro eius salute anxij esse, qui pro se omnino omnem curam abiecerat, librumque omnino tum temporis aditum volebat. Quod igitur nunc demum liber exit, nostra culpa est, vel potius amicorum cautela. Defloruit quidem gratia temporis, quod in ipso agone, & (vt hic dicam) inter vulnera monomachiae non sit aditus. Tunc enim quasi cygnea cantio potuit videri, quæ vltima vox disertissimi Episcopi in ista desinere putabatur. Sed tamen vsus libri idem est. Cognoscet enim æquus lector quoties Bucerus in sensu literarum impingat, quoties vim sententiæ, quoties fraudes apparet. Simulque mirabitur eruditissimi Episcopi in tantis periculis ocium animi, quod quum causa capitis ei meditanda esset, ad extranea studia, eius periculum aggravantia, mentem applicare potuerit.

Vale Louanij. Postridie Nonas Aprilis. Anno à Christo nato M. D. LIII.

STEPH. VVINTON. EPISCOPVS
ANGLVS, CANDIDO
LECTORI S.



QUOD à me factum iri Bucerus (opinor)
non sperabat, & vt facerem tamen, rogauit
obnixè, id si non plenè præstiti Lector, vo-
luntatem certè & conatum videbis non des-
fuisse. Etenim expendi, excussi, tractaui testimonia Pa-
trum cum religione, quibus non est veritus Bucerus abuti
prophanè, hoc est, è veritatis penu, malo more deprompta,
ad mendacij vsum & vanitatis pastum, accommodare.
Ego quidem operam à Bucero rogatã adhibui cum fide,
nullam hoc nomine ab eo initurus gratiam quam non
promereor, sed officio satisfacturus meo, ne veritati per
calumniam laboranti desim. Tu Lector, sine ac-
ceptione personarum, veritati faue,
& Vale.

Nonis Maijs Anno Domini
M. D. XLVIII.

A ii STEPH.

STEPH. VINTON. EPISCOPO
ANGLO, AVTHORE.

Captauit tē
porū oppor-
tunitates bu-
cerus.



AE TV BV CERE luctator es callidus, qui
intermissam iamdiu mecum pugnam,
tum demum repetas, quum me tempo-
rum ipsorū cōditione fractū ac debilita-
tum speres. Multæ sunt causæ fateor, cur ab animo
minùs valeā: nō enim sum ex silice natus, & huma-
nam imbecillitatē agnosco, si quis alius: deniq; inter
eos me numero, qui, cū à Dei misericordia pendere
toti debeant, ad omnes fortunæ insultus (vt ita dicā)
refractarii, mouentur tamen sæpe, iactantur etiam, &
perturbantur inferioribus causis, vt non sint ad om-
nia in alterutra fortuna perinde habiles: sed in rebus
minùs lætis, animis nonnunq̄ infirmentur & concidant.
Qua animi constitutione, quum me esse profi-
tear, nec de me ipso altiùs sentire audeam, fit tamen,
nescio quo pacto, ad vocē istam tuā, insultatricē qui-
dem illā & intempestiuē procacem, qua nimirum ad
pugnā denuo prouocas hominē fortunæ (vt putas)
telis iam confossum & iugulatum: fit inquam, ani-
mus vt mihi redeat, & insurgat alacrior, quo impor-
tunā istam audaciam tuā reprimā atque retundam.
Quando ergo id tibi in mentem furiaē immiserunt,
vt Vintonien. quem re & causā nō poteras, iam tem-
pore vincas, ecce tibi me, & ad arundinea illa tela tua,
vafra omnino & versutas fallacias vicissim accipe,
quod mihi non cogitatio subtilior, non acutior in-
uentio,

uentio, non altè quaesita, & tanq̄ è tenebris petita & eruta disquisitio suggestit: sed simplex ille spiritus veritatis, id adeò nō tam docens, q̄ admonens, quod in propatulo iaceret: nempe Bucerū ipsum, se arguere vanitatis & fidei malæ, qui mihi status causæ semper fuit cū Bucero, quo etiā referebā argumēta mea omnia, non quasi rerū ipsarū propugnator, quas certiores habebā, quā vt me deposcerent patronum, cui rei quā esset etiam impar, non ignorabam: sed vt Bucerianæ versutiæ, malitiæ, astutiæ impugnator, id quod publicè referre putabam, ne suis porrò imposturis euerteret simpliciores, quorum magnum iam numerum pellexisset ad interitum. Scripsi acrius, fateor: sed in re acri, in qua multorū lentitatē nihil profuisse viderā. Cum eo autem erat negotium, qui ad voces leuiore iam occalluerat, homo plagosus, quē nisi ferias vehementiùs, ne quicq̄ ferias. Scripsi tamē immotis venis, quas Bucerus pro sua fingendi licentia, quasi pro monstro in manibus meis, dum cum Scoto illo inepto contēderem, scribit se animaduertisse. Oculos profectò parū fideles, & domini sui similes, qui quod nusq̄ est, referunt: qui si in ore meo irridentis speciem tum renunciaissent, vtcunq; fuisset etiā id alienū à vero: fuisset certè similius veri, vt ad hominis blitei et stulti ac omnino inepti dictū, cuiusmodi Alisium non solus habebā, cachinnos ore ederem potiùs, q̄ tremere manu, si per animi impotentiam, internū, quo minùs se proderet, affectū, ne qui-

A iiii uissem

Quem statū
causæ Vi-
ton. semper
habuit cum
Bucero.

Plagosum
dicit, quōd
insigniores
sectas secta-
tus vñdique
vapulauit.

Alexander
Alisius Sco-
tus.
Oculi Buce-
ri parū fide-
les. q̄ quod
nusquā est
referunt.

uiffem continere. Etenim ftulti hominis deformi dicto, non ira in pectore, fed in pulmone, rifus excitatur, vt cū te pro vafro, Alifium pro ftulto ducerē, vtcunq; tua me ad indignationē prouocare potuiffent, quum fit nihil odiofius, fimulata fanctimonia: Alifii certè dicta, eò valebant, vt quā animi contractionem ipfe effeciffes, fua ille ftultitia facilè diffolueret, vt tibi ad condimentū additus videretur Alifius, quo homine ineptiorē, qui diuina tractaret, arbitror me vidiffē neminē, id quod fcriptis ad te meis tum testabar, ne quid à me tēporis caufa confictū calumniere. Sed omitto Alifiū, qui nihil ferè fimile tui habet, præter fidē, quam ille ex gente, tu tuis ex virtutibus habes infamē, id quod caput eft quæftionis tecū, vt qualis tu fis, cæteri diiudicent, & me indicē porrigente, tua propiūs fcripta contemplētur, vt te manu intrepida, ac immotis venis, & impudico vultu, & fronte perfriicta videant & intueantur, fcientem, prudentem, iactantem pro vero mendaciū apertiffimū, ipfo videlicet lumine prodente te, dum illam veritatis fententiam (Qui potest capere, capiat) captas euertere, & bonis testibus malè adhibitis, à veritate abstrahere, in eo ipfo (in q̄) teipsum captū, irretitum, euerfum, subuerfum, & vt arguaris falſi, in lucē tua vi protractū, conſpiciāt ſcilicet manifeſtē vanitatis tanq̄ in ἀυτοφώρω deprehenuum. Ergo huc ades Bucere, pedem hīc confer. Sponſionē tecū facio, ni tu teipsum apertē prodas, & tuā ipſe vanitatē facias manifeſtam:

Iudicium

Scripta Buceri, fcripto-
rē impuden-
tē impoſto-
rē eſſe pbāt.

Iudiciū eius rei esto bonorū omniū, nō addo docto-
rum videlicet & eruditorū: neq; enim est opus sensi-
bus exercitatis, quū tua hæc ista hoc in loco malitia,
pateat vel rudib⁹. Quod Deo optimo maximo sum-
mas immortales habeo gratias, cuius æquissima dis-
pensatione factū interpretor, vt ne quid tua dogmata
orbem fallant, in extremo actu fabulæ, quali tu fide,
quaque religione, hæctenus rē gesseris, ex tuis ipsius
verbis, liceat æstimare. Quanq̄ quid dico æstimare?
imò videre, cernere, perspicere: quod ni ita fuerit,
quā in me oēs pro nequissimo habeant & impuden-
tissimo nebulone, nihil recuso, vt quos tibi ipsi titu-
los, criminis admissi ratio tribuat, hos ipsos mihi, si
quid hīc calumnior, pro pœna talionis meritissimo
meo statuam inurendos, ad infamiam mei nominis
sempiternam. In hoc autem congressu, non erit am-
bigua cōtentio, nō anceps victoria, nec multa lucta-
tio. Iacet prostratus Bucerus ab ipso Bucero, conuin-
citur falsi sua ipsius opera, suis verbis, suis testibus.
Quæ igitur sunt partes meæ? Primū est, vt cū fide,
verba Buceri subscribam. Deinde verò, quos ipse ci-
tat testes, cum integris suis testimoniis adiicere, fide
bona. Postremò, vt admoneam Lectorem, vt quæ
à Bucero, quæque à me de horum hominum testi-
monio proferuntur, conferat, expendat, notet. Statū
etiam causæ teneat, vt si quid sit aberratum, id vi-
deat: denique, ipsa authorum publicè edita volu-
mina petat, vt vter nostrū ex fide descripserit
testimonia,

prosternitur
Bucerus sua
ipsius opera
suisque te-
stibus.
Quid Vin-
ton. in hoc
opere faciū-
dū sibi pro-
ponit.

testimonia, valeat statuerè: Adeò nihil à me dicendū video, sed admonendum breuibus: En hoc, en illud, vide, lege, ne mihi fidas, sed oculis tuis: ne mihi credas, sed ipse tibi, Buceri verba, si non refero fideliter, sim ipse calumniator: si minùs verè adiicio authoris testimonia, manent apud orbem archetypa, quæ ipsa inspectione me arguant vanitatis, itaq; fucò nullas esse locus potest. Victoria adest, nec vter vicerit, potest diu latère. Ergo ades etiam Lector, dū, quæ pollicitus sum, præsto: sic habent Buceri verba, quæ ad hanc partem pertinent.

Bucerus.
De genuina
interpretatione dicto-
rū Christi:
Non omnes
capiūt hoc
verbū, etc.
Qui potest
capere, capi-
piat.

In priori cō-
trame Vint-
ton. episto-
la, cap. 11.
pag. 57. & 58

Primū igitur vt docerem, quàm impia tyran-
nide cælibatus exigatur promiscuè ab omnibus, qui
quouis modo vel in monasteria sunt detrusi, vel sa-
cerdotiis obtrusi, quem omnes cernunt, nihil quàm
perniciosum esse satanæ laqueū, quo ille in tam hor-
rendam impudicitiam præcipitem dedit ordinē Ec-
clesiasticum, & Monasticum prope totum: inter cæ-
tera vrsi dicta illa Domini: NON OMNES CAPI-
VNT HOC VERBUM, SED QUIBUS DATUM
EST. Item: QUI POTEST CAPERE, CAPIAT. Et
dictum Apostoli: VOLO OMNES ESSE SICVT
MEIPSUM: SED VNVSQVISQVE HABET DO-
NUM SVVM PROPRIVM, ILLE SIC, ALIVS SIC.
Hæc ergo veritatis nostræ fundamenta Vintoniensis
subruere conat⁹. Primū de fēdēdā suscepit eā dictorū
Christi. Non oēs capiūt hoc verbū, etc. & Qui potest
capere, capiat, interpretationē, qua nōnulli hæc verba
(capere

» (capere & posse capere) perinde significare volunt,
 » atque velle capere. quasi Dominus dicere voluisset,
 » Non oēs volunt hoc verbū capere. et qui vult capere
 » capiat. Atq; hinc calumniatur, me velle hæc Domi-
 » ni dicta esse per ironiam prolata: non fecūs, ac de re
 » inexpugnabili vulgò dici solet, capiat qui potest ca-
 » pere, dum significant neminem expugnaturū. Ego
 » verò, vt quisque legere potest, in meo ad Latomum
 » libro, nullum feci verbū de ironia: quin disertè con-
 » fessus ibi sum, multis dari, vt hoc verbum capiant: sed
 » nō omnibus: vrgeo autem ibi, quod Dominus clarè
 » dixit. Non omnes capiunt hoc: &, capiat illud qui
 » potest: nec enim dixit. Non omnes volunt hoc cape-
 » re: &, Qui vult capit. Cui autē dubium sit, Christum
 » Dominum veri sanctique cęlibatus vnicum largito-
 » rem, & summum comprobatores, si in cuiusque
 » voluntate hunc capere posuisset, nec longè pluribus
 » decreuisset dare castitatem, capere coniugalem, non
 » cęlibem, ad discipulorum dictum, si non liceat in-
 » gratam vxorem repudiare, præstare nullam vxorem
 » ducere, responsurum fuisse, præstare hoc quidem, si
 » id fiat propter regnum cęlorum, sed nolle hanc vi-
 » uendi rationem omnes amplecti: ergo amplecti eam
 » debere, qui velint, se conantibus & laborantibus ope
 » sua non defuturum. Nunc autem non ita: verū sic
 » dixit: Non omnes capiunt hoc verbum, sed quibus
 » datum est. Ex quibus verbis, si vim nullam eis facias,
 » quid quęso aliud intelligas, quàm Dominum dicere
 B voluisse,

Vide in prio-
 ri Vítion. cō-
 tra me Epi-
 stola, cap. II.

voluisse, ideo non omnes istius rei capaces esse, quia
 hoc non detur omnibus, sed certis tantum homini-
 bus, ad hoc viuendi genus diuinitus electis. Atqui
 Vintoniensis criminatur, hanc interpretationem
 ex meo desumptam esse cerebro: suam autem tra-
 ditam ab orthodoxis. Quod quam vanè scripserit,
 testentur idonei & verè orthodoxi patres, verique &
 sancti cœlibatus veri sanctiq; adfertores. D. Hierony-
 mus certè perstrenuus cœlibis vitæ propugnator, scri-
 psit contra Iouinianum, eo libro quo veri cœlibatus
 dignitatem totis viribus vindicauit: Si omnes virgi-
 nes esse possent, nunquam & Dominus diceret, qui
 potest capere, capiat: & Apostolus in suadendo non
 trepidaret. Idem scribens in huc ipsum Matthæi lo-
 cum, cū negasset hoc Domini dictū, eos modò hoc
 verbū capere, quibus datū sit, referendū esse ad fatū,
 vel fortunā, aut casum: sed intelligi debere his datum
 esse, qui orauerunt, qui voluerūt, qui vt caperēt labo-
 rauerunt: huiusq; suæ interpretationis rationē hanc
 subiecisset, quòd omni petenti datur, & quærens in-
 uenit, & pulsanti aperitur: paulò post tamen, expli-
 cans illud, Qui potest capere, capiat, hæc posuit: vn-
 de, inquit, infert Dominus, qui potest capere,
 capiat, vt vnusquisque consideret vires suas, vt
 possit virginalia, & pudicitia implere præcepta:
 per se enim castitas blanda est, & quemlibet ad
 se alliciens. Sed considerandæ sunt vires, vt, qui po-
 test capere, capiat. Hæc ille. Sensit itaque, cœlibatum
 propter

Nota qui po-
 test, nō qui
 vult,

Diuolov

&

propter

„ propter regnū cœlorū susceptum, nō dari omnibus:
 „ quibus autē datur, his dari eū nō fato, fortuna, aut ca-
 „ su, sed dono Dei: & dono, quod fit precibus, studio,
 „ atq; labore cū percipiendū tū conferuandū. Quibus
 „ itaq; Deus spiritū suū, donum istud ex fide orandi &
 „ quærendi adspirat, hi orant illud & exorant. Sed spi-
 „ ritum hunc Deus hiis tātūm adspirat, quos ad cœlibē
 „ vitā vocauit: quēadmodū eos quos ad sanctū cōiugiū
 „ vocauit, adflat spiritu rogādi, & elaborandi pro casti-
 „ tate cōiugali: efficit enim Deus in vnoquoq; per spi-
 „ ritum suū, quod ipse decreuit: & distribuit cuiq; sua
 „ dona, prout ipse vult, & cuiq; pro sua vocatione, I.
 „ Corinth. 12. Hinc & D. Hilarius in hūc eūdē Matthei
 „ locū scribit: Dominū nos eo admonere, similes fieri
 „ ei qui vltro decreuit esse cælebs, si tamē possimus: nō
 „ dicit, si tamē velimus. Sic & D. Augustinus de adul-
 „ terinis nuptiis 19. ad Pollētū, loquēs de eo quod Apo-
 „ stolus scripsit, Qui dat nuptum, bene facit: qui nō dat
 „ nuptū, meliūs facit, scribit. Ad id quod amplius ex-
 „ pedit cōsilio Apostoli, quicūq; potest capere prouo-
 „ catur. Vide, nō ait quosuis, sed eos modō qui possunt
 „ hęc verba capere, ad cœlibatū, per Apostoli cōsiliū
 „ prouocari. Hinc & D. Gregorius, libro de Pastoralī
 „ cura, Cap. 29. parte tertia, scribit, cælibes esse à piis &
 „ fidelibus pastoribus admonendos, vt si tentatio-
 „ num procellas cum difficultate salutis tolerant, con-
 „ iugii portum petant. & sequenti capite eiusdem
 „ libri scribit: Audiant peccatorum carnis ignari,

Hilarius.

Augustin^o.Prouocatus
qui potest
capere.

Gregorius.

Christus ne-
gavit esse o-
mniū cape-
re verbū cæ-
libatus.
Bernardus.

Non omnes
capere pos-
sunt.

quod per semetipsum de hac integritate veritas di-
cit: Non omnes capiunt verbum hoc. Quod eo in-
notuit summum esse, quod denegavit, omnium. »
Ecce testatur, Deum simpliciter negasse hoc donum »
esse omnium. Hinc & Bernhardus ad clericos, qui »
eius iam tempore cœperāt ad sacros ordines currere »
sine reuerentia, sine consideratione: vtinam, inquit, »
qui continere non valent, perfectionem profiteri, »
aut cælibatui dare nomina vereantur: sumptuosa »
quidem turris est, & verbum grande, quod nō om- »
nes capere possunt. In sermone ad clericos, de con- »
temptu mundi, cap. 29. Videtis ergo religiosissimi »
fratres, quot S. & orthodoxorum patrum, dicta illa »
Domini: Non omnes capere pium cælibatum, in- »
tellexerint & enarrauerint ad eundem modum, quo »
nos tamen non piguit Vintoniensem scribere, nos »
illa ex nostro cerebro, & contra quàm orthodoxi so- »
liti sint, interpretari. Agnoscitis igitur & ex hoc loco, »
quàm indignum sit, ad eò manifestis & impudenti- »
bus calumniis, atque sycophantiis respondere. Non »
inficior tamen, Vintoniensem habere ex veteribus »
quos suæ interpretationis authores citet: sed eos per- »
paucos habet, & in hac interpretatione cū nostris nō »
conferendos. Deinde stat à nobis τὸ ἑκτόν Domini. »
Videtis igitur, qua fronte scripserit Vintoniensis nos »
interpretationē nostram ex nostro protulisse cere- »
bro, & contra sententiam orthodoxorum.

Hactenus Bucerus. Agitur lector (vt vides) de in-
terpre-

ferpretatione harum sententiarum. (Non omnes
 capiunt verbum hoc, sed quibus datum est. Item, qui
 potest capere capiat.) In quibus enucleandis, Bu-
 cerus captus est, aut ego capior. Tu lector aduerte
 animum, fatetur Bucerus habere me ex veteribus
 meę interpretationis authores, accipio quòd fatetur,
 cæterum quòd me perpaucos habere contendit, &
 cum suis non conferendos, id verò pernego, Laudat
 Bucerus Hieronymum, Hilarium, Augustinum,
 Gregorium, Bernardum, sanctos haud dubiè patres,
 & doctrina etiam venerandos, qui si ab illo nõ stant,
 tamen iam habet Bucerus, quos quidem proferat
 nullos. Stent autem ab illo, necne stent, tua ea
 erit Lector, in diiudicando opera. Primùm videam-
 us de Hieronymo, quem ego aio contra Iouinia-
 num duobus in locis has scripturæ sententias mihi
 cum Bucero controuersas tractare, quorum alterum
 transfiliit Bucerus, alterum produxit mutilū. Ex me
 autem accipies vtrumque integrum, & sunt in priori
 loco verba Hieronymi huiusmodi: Dominus tenta-

Hieronymus
 aduersus Iouinianum lib.
 10.

tus à Pharisæis, vtrum secundum legem Moyfi, vxores
 licet dimittere, omnino fieri prohibuit. Quod discipuli
 considerantes, dixerunt ei: Si talis est causa hominis
 cum vxore, non expedit nubere. Quibus ille respondit:
 Non omnes capiunt verbum, sed quibus datum est.
 Sunt enim eunuchi, qui de vtero matris ita nati sunt:
 & sunt eunuchi, qui ab hominibus eunuchizati sunt:
 & sunt eunuchi, qui se castrauerunt propter

B iii

regnum

coelorum. Qui potest capere, capiat. In propatulo est, cur Apostolus dixit: de virginibus autē præceptum Domini nō habeo, profectō quia præmiserat Dominus: nō oēs capiunt verbum, sed quibus datū est: & qui potest capere, capiat. Proponit ἀγαθὸν πρᾶξιον, inuitat ad cursum, tenet in manu virginitatis brauium, ostendit purissimum fontem, & clamat: Qui sitit, veniat & bibat: qui potest capere, capiat. Non dicit, velitis nolitis bibendum vobis est, atque currēdum: sed qui voluerit, qui potuerit currere atq; potare, ille vincet, ille satiabitur: et ideo plus amat virgines Christus, quia sponte tribuūt, quod sibi nō fuerat imperatum. Maiorisq; gratiæ est, offerre quod non debeas, quàm reddere quod exigaris. Apostoli vxoris onera contemplati: Si talis est, inquiunt, causa hominis cū vxore, nō expedit nubere. Quorū Dominus sententiā probās: Rectē quidē sentitis, ait, quod non expediat homini ad cœlorum regna tēdenti, accipere vxorem: sed difficilis res est, & non omnes capiunt verbum istud, verūm quibus datum est. Alios eunuchos natura facit, alios vis hominum. Mihi illi eunuchi placent, quos castrauit non necessitas, sed voluntas. Libenter illos in meos sinus recipio, qui se castrauerunt propter regna cœlorum: et ob mei cultū noluerūt esse quod nati sunt. Simulq; tractāda sententiā: Qui se, inq̄t, castrauerūt p̄pter regna cœlorū. Si castrati mercedē habēt regni cœlorū, ergo qui se nō castrauerunt, locū nō possunt accipere castratorū.

Qui

Obserua qd
tribuat vo-
luntati in ce-
libatu.

Placent Deo
quos castrat
non neces-
sitas, sed vo-
luntas.

Qui potest inquit, capere, capiat. Grandis fidei est, grandisq̄ue virtutis, Dei templum esse purissimum, totū se holocaustum offerre Domino, et iuxta eundem Apostolum, esse sanctum, & corpore, & spiritu. Haftenus Hieronymus. Quid quærebas in Hieronymo Bucere, certamne & clarā eius sententiam? cur ergo hunc locum præteriisti, in quo fuscē & dilucidē se explicat Hieronymus? Scilicet ad id quod agebas, non perinde faciebat. Moribus sanè hominum, prudenter & callidè, sed pro Christiana simplicitate parum candidè. Itāne verò nobis permittemus, vt quod in foro, quod in iudiciis, quod in causis nummariis, leges non ferunt, in summa religionis causa, vbi verum quæritur, audeamus vsurpare? nempe clarioribus quibusdam silentio transmissis, ad alia transuolare? quod est veritatem in tenebris quærere, potiùs quàm in luce conspicua venerari. Si consulis Hieronymum, apertè profitetur Deum Agonotheten nostrum, præmium virginitatis proponere, inuitare ad cursum, tenere in manu virginitatis brauium, ostendere purissimum fontem, & clamitare: qui sitit, veniat & bibat: qui potest capere, capiat. Non dicit, velitis nolitis, bibendum atque currendum, sed qui voluerit, qui potuerit currere, atque potare, ille vincet, ille satiabitur. Num hæc patrocinantur sententiæ tuæ (o bone) qui destinationem fingis, & sine vi necessitatem? an meę & orthodoxorum potiùs, qui Dei benignitatem

propo-

Bucerus veritatem in tenebris quærit, lucem odit.

Hieronymus planè aduersatur Bucerae sententiæ.

Bucerus fingit, sine vi necessitatem, cū libera voluntate stare.

propositam prædicamus, inuitantem ad præmium, non hos aut illos tanquam factorum legibus inclusos, sed eosdem qui voluerint & potuerint, hoc est, gratiæ Dei semper paratæ non defuerint, sed cum auxiliante gratia, oratione, ieiunio ac labore, ad tantum donum assequendum, tenore cõtenderint pertinaci? Sed audiamus Hieronymum contra eundem Iouinianum, quo in loco, huius sententiæ interpretationem perstringit strictiùs, sed aliquanto locupletius tamen, quàm visum fuerat Bucero, ad suam causam pertinere. Ad hanc formam verborum, est in

Hieronymus. Hieronymo: Noli metuere, ne omnes virgines fiât, difficilis res est virginitas, & ideo rara, quia difficilis. Multi vocati, pauci electi: Incipere plurimorum est, perseuerare paucorum. Vnde & grande præmium eorum, qui perseuerauerint, Si omnes virgines esse possent, nunquam & Dominus diceret, Qui potest capere capiat, & Apostolus in suadendo, non trepidaret: De virginibus autem, præceptum Domini nõ habeo. En tibi lector, locum Hieronymi integrum, qui in vero discutiendo, quàm non integra & candida Buceri mens sit, liquidò demõstrat. In confesso est, rem esse difficilem virginitatem: sed sancti patres in hominum ipsorum fragilitate, desidia, ignauia, socordia, imbecillitates, quæ multos vrgent, difficultatem ponunt, non autem in benignissima Dei munificentia, omnibus obuia atque exposita, apud quem nihil reperitur difficile. Quid sibi vult hoc, quòd
plures

*Cõmentũ est
Buceri, Deũ
destinatis
tantũ dare,
reliquos de-
stituerẽ.*

plures vocet Deus, quàm ab eodem eligantur, si Hieronymo credimus: an vt destinatis modò det, destituat autè in cursu reliquos? Commentum profectò nimium blandum & plausibile, ignauia nostræ vt ad tarditatis prætextum, à Dei bonitate, quasi contracta & parca, causificationes mutuemur: Quàto sanctiùs diuina tractat antiquorum pietas, & inter hos D. Hieronymus, vt cùm Dei dono, omnia bona constent, nostram tamen eorundem inopiam, si quæ fuerit, imputemus ipsis nobis: affluentiam autem & copiam, diuinæ liberalitati feramus acceptam. Ergo nõ sic loquitur sanctus pater, vt omnes non posse esse virgines, ideo dicat, quia Deus nõ dat omnibus: sed quia non omnes, etsi incipiãt, perseveret: cùm interim multi, ne adspirent quidem, & quia difficilis est virginitas, quod verbi in Deum cadere non potest, si ex eius destinatione sola, donum omnino penderet. Id quod tu tamen Bucere, de tuo cerebro fingis, nihil veritus, istam tãto patri irrogare contumeliam, vt truncatis illius sententiis, tuo postea fauere somnio calumniaris. Sed qua synceritate proferat Hieronymum super Matthæum, cõsideremus, Quod te oro (lector) diligenter expende Hieronymum ipsum integrum, hoc in loco, cum eodẽ Hieronymo quẽ Bucerus, dolo malo mancum & laceratum producit impudentissimè. Audi ipsa Hieronymi verba, Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est. Nemo putet sub hoc verbo,

Hieronymus
sup Matth.
cap. 19.

C

vel

Verba Hieronymi expenduntur.

vel fatum, vel fortunam introduci, quod hii sint virgines, quibus à Deo datum sit: aut quos, quidam ad hoc casus adduxerit: sed hiis datum est, qui petierunt, qui voluerunt, qui, vt acciperēt, laborauerunt: omni enim petenti dabitur, & quærens inueniet, et pulsanti aperietur. Hæc sunt Hieronymi. Quem sanctū virū, mente præfaga exorituræ maliciæ Bucerianæ sententiæ vides occurrere: et ne quis de verbis Domini sentiat, vt Bucerus, diligenti cautione præmonere. Duo nempe capita absurditatis ponit Hieronymus, fatum & fortunam, quæ sequēti distributione seorsum explicat, vt fatum videatur Hieronymo, si quis hos demum virgines dicat, quibus à Deo sit datum: fortuna autem, si quis in eum vitæ statum inciderit temere, non consilio videlicet, sed casu. Etsi enim prophanium sit fati verbum, & à nostra religione alienū: tamen qui ita Dei nobiscum actiones interpretantur, vt diuina destinatione, hoc est absoluta necessitate omnia fieri dicāt, vtcunq; nomen fati reiiciant, certè rationem retinēt & vim, quā vnā cum ipso nomine religionis nostræ antistites pii semper improbarunt. Caue igitur (inqt Hieronymus) sub iis Christi verbis, aliquid putes latere fatale aut temerarium. Inter prophanos enim, qui fatum ponunt, ii necessitatem vnā asserunt, & omnem humanam industriā, ac voluntatis in eligendo arbitrium negant. Rursus qui fortunam asserunt, diuini muneris prouidentiam cōtemnunt: naturā volentē vices & lucis & anni faciunt: deniq;

deniq; casu omnia fieri, stultè colligunt. Ergo Christiani, veritatem sectantes in virtutibus adipiscendis diuini numinis Maiestatè agnoscunt, vt nihil sit fortunæ: & hominis gnauitatem, diuina ope excitatam & adiutam, liberè agere, verè confitètur, vt à fati errore longissimè recedatur. Secundum quæ Hieronymus, reprobatis fati & fortunæ opinionibus, aduersantem iis sententiam connectit in hunc modum. Sed hiis datū est (inquit) qui petierunt, qui voluerunt, qui vt acciperent, laborauerunt: atque Dei dona sic dari, confirmat ipsis scripturæ verbis, quæ subiicit: Omni petenti dabitur, & quærens inueniet, & pulsanti aperietur. Inspice lector, num integrum cito Hieronymum: totum, plenum, num omitto quippiam, num peruerto aut inuerto, quod ab illo est proditum. Tum autem repete, quod Bucerus de eodem Hieronymo, ex eodem loco citat: & quid data opera, celauit Bucerus, & quo pacto confundit Hieronymū, pressius dispice. Videbat quæ Bucerus sub verbo fati, quomodo ibi se explicat Hieronymus: notari apertè eā absurditatē, quā ipsius de donis doctrina contineret, itaq; prudens id filet: & quod verbū ad explicationē fortunæ Hieronymus addiderat, nepe casum, id Bucerus, quasi tertiū caput absurditatis, à Hieronymo notatum addit. Sic enim Hieronymus apud Bucervm. Cū negasset (inquit Bucerus de Hieronymo loquēs) hoc Domini dictum: Eos modò hoc verbum capere, quibus datum sit,

Nota hinc Bucervi malitiā in peruertendo Hieronymo.

referendum esse, ad fatum vel fortunam aut casum, etc. Hic Bucerus cum indignatione clamabit, se omissis Hieronymi verbis, sententiam recitasse verbis aliis, quum ego verborum ordinem urgeam per calumniam, Imò id ago, ut tuam detegam calumniam Bucere, qui si singula singulis, hoc est, tuam absurditatem, fato quod facit Hieronymus, casum fortunam retulisses, quibus id cunque verbis expressisses, non reclamarem. Quum verò tuam in eo calliditatem videam, ut adempta altera distributionis parte, quæ explicandæ fortunæ subserviebat, nempe de casu: eam tu in caput referas primæ divisionis, & ex bimembri, facias trimembre, eo videlicet consilio, ut lectorem fallas, ne quid apud Hieronymum, in fati explicatione animaduertat, id est, ne te in ea parte notatum cernat: non me contineo, quin clamem: en impostorem, en præstigiatores. Verum id esse, non eo inficias, negare Hieronymum, & fatum, & fortunam, & casum, sed quemadmodum sub fortunæ nomine casum cõplectitur, sic sub fato, (ut ille quidem se explicat) te, hoc est, sententiam tuam. Tu verò, ut te subducas, casum in tertio capite ponis, ut Hieronymus hæc generatim improbasse videretur, tantum non etiam se aperuisse, quid per fatum & fortunam intelligeret, subiunctis in eam causam exemplis, id quod addita distributione aperte fecit. At verò Bucerus subiicit ex Hieronymo, quod idem habet, de explicatione huius sententiæ, Qui potest capere, capiat.

capiat. Verùm quomodo subiicit Bucerus? tanquam videlicet nonnihil à primo discrepans. Ita enim connectit, Cùm negasset, &c. paulò pòst, tamen (inquit) explicans illud, Qui potest capere, capiat, hæc posuit, &c. quæ forma coniunctionis, à non est annotantis aliud quiddam, in eo quod paulò pòst subiunctum est, contineri, quàm antea sit dictum, vt posteriori sententia, priorè aliqua ex parte reformasse, aut correxisse videretur? ea est enim vis illius verbi (tamen) quod quàm propriè additū sit, audito Hieronymo integro, facile perspiciemus. Ergo audi Hieronymū. Qui potest capere (inquit) capiat, vnusquisque cōsideret vires suas, vtrū possit virginalia, & pudicitia implere præcepta: Per se enim castitas blanda est, & quemlibet ad se alliciens: sed considerandæ sunt vires, vt qui potest capere, capiat. Quasi hortantis vox Domini est, & milites suos ad pudicitia præmium concitantis, Qui potest capere, capiat: qui potest, pugnet, superet, ac triumphet. Ad hunc modum Hieronymus, quem aliquanto concisius protulit Bucerus, & totum illud. Quasi hortantis, etc. omisit videlicet vir simplex, ne quid ea verba officiant proposito suo, quod nõ in veritate illustranda, sed obscuranda verteretur. Vide quàm dissentiat à Bucero Hieronymus. Quod Hieronymus profiteatur esse vocem hortantis, Qui potest capere, capiat: Bucerus contendit esse deterrentis, vel potius contrahentis Domini munificentiam suam, & admonentis

Hieronymus

Bucerus vir simplex, &c.

nentis Dei, nō dare se omnibus, sed decreuisse dare, iis modò aut illis destinatis & electis scilicet: ne quis frustra ambiat, qui non sit destinatus. Si Deus secundum Hieronymum hortatur ad cælibatum, an non tacitè de se iubet esse securos, modò nos velimus, labore etiam ac studio indefesso contendamus? Est in cælibatu magna difficultas, sed apud homines, quod de cælo diuiti assequendo, Christus aliàs dixit: alio-
 qui in vno hortandi verbo, & rei ipsius difficultas,
 quatenus homo quid præstat: & Dei facilitas, quate-
 nus ipse donū dat, cōtinetur. Si enim nō facilè daret
 Deus, nō hortaretur: si rursus nō esset in re difficul-
 tas, haud diceret: Nō omnes capiunt verbū hoc. Sed
 redeo ad institutum, vt ostendam Bucerum more suo facere: qui, quò rem obscuraret, cōsonantia coniungit, tanquam aduersarētur. Nam quid est, te oro Bucere, in quo se corrigat, posteriori dicto, Hieronymus, vt locus sit commodus, tuo (tamen) quo dicta coniungas: annon vtrobique idem dicit, sed aliis verbis? Datur (inquit) petētibus, volētibus, laborantibus, non fortuna aut fato, sic habet primū dictum: posterius verò huic maximè est cōsequens, videlicet: vt quisq; cōsideret vires suas, ne impar laborib⁹, succubat in progressu: hoc est quod alibi idē Hieronymus dicit, nō perseueret, & frustretur suo præmio, & nihilominus hīc vis esse locū tuo (tamē) vt post verba Hieronymi, alicubi prætermissa, alicubi concisa, alibi malè narrata, postremò truncata etiam, transi-
 tum

Bucerus af-
 fingit Hiero-
 nymo sen-
 sum alienū.

tum tibi facias cōmodum, ad sensum aliquē tuum Hieronymo affingendū. Sic enī notat Doctor subtilis, sensisse Hieronymum: Cælibatum propter regnum cœlorum susceptum, non dari omnibus. Hoc dicit (opinor) magistraliter, quod Hieronymi verba nusquam habent, digna planè Bucero sententia, hoc est ἀπὸ τοῦ πύσου πειδόμενον. Nempe enim quod ob regnum cœlorum susceptū est, vna syllaba plus quàm captum est, vnde sequitur etiam, datum id esse: cum non omnes capiant, nisi quibus datum est: Bucerus autem iis negat datum, à quibus est susceptum propter regnum cœlorum. Sed in sensu Hieronymi annotādo, progreditur Bucerus. Quibus datur (inquit) hiis dari cælibatū, nō fato, fortuna, aut casu: sed dono Dei, et dono, quod sit precibus, studio atq; labore, cū percipiendū, tū conseruādū: Hęc sentit Hieronymus si creditis Bucero. Rectè sanè descriperūt cauillationem Iurisconsulti, quæ sit ab euidenter veris, ad euidenter falsa, per breuissimas mutationes transitio. Quòd si Bucerus sic de Hieronymo scripsisset: sentire eū, non fato aut fortuna dari donū cælibatus, sed illiusmodi Dei dono, quod sit precibus, studio, atq; labore impetrandū, percipiendū, & cōseruādū, retulisset (opinor) Hieronymi sensum. Nūc verò bis peccatur à Bucero: primū in eo, quòd Hieronymum faciat opponentē Dei donum indefinitè fato, fortunæ & casui, quod longè est secūs: quippe, qui fatum & fortunam explicans, illud donum Dei, quòd

Bucerus scilicet.

Bucerus suo se ipse falsit.

Conatur vtrius quā suscipit cui nō est datum.

Cauillatio describitur.

Bis peccat Bucerus in citādo Hieronymo.

quod siue precibus, studio & labore cōfertur, quan-
dam fati rationē habere intelligat: sed ea Hierony-
mi verba suppresserat Bucerus, cū apud Hierony-
mum sit in hunc modum. Nemo putet sub hoc ver-
bo, vel fatum, vel fortunam introduci. En capita ab-
surditatis: & sequitur explicatio, quòd hii sunt virgi-
nes, quibus à Deo datū sit (quòd videretur fati) aut
quos quidam ad hoc casus adduxit, quòd esset for-
tunæ. Ex quibus manifestissimum arbitror, Hiero-
nymum non opponere omne Dei donum fato:
sed illud demum cum fato, tum fortunæ opponi
censet: quòd precibus, quòd studio, quòd labore sit
impetratum, perceptum, & conseruatum. Alterum
Buceri peccatum illud est, quòd in colligēdo Hiero-
nyimi sensum, nullam impetrationis huius doni fa-
ciat mentionem, id quòd si forma structuræ verbo-
rum permitteret, candidè interpretarer, omissum
oscitantia: nunc autem ex ipsa verborum composi-
tione liquet apertè, consulto id factū à Bucero, ne in
sensu videlicet Hieronymi annotādo, suę ipsius sen-
tentiaē videretur oblitus, in qua fati rationem con-
tra Hieronymum sequitur. Ergo dicet aliquis, Tun-
censes Hieronymum aliquod Dei donum in fato
ponere? equidem nō arbitror, subtili disquisitione,
sed eorum interpretationem ferendam non puta-
uit Hieronymus, qui sub illius verbi obtentu (datum
esse) etiam si à Deo datum contenderent, aliquid in-
star fati, quòd serie certa & necessaria fiat, somniarēt,
id

quod Bucerus facit. Cæterùm Hieronymus rē tractat apertius, quàm vt me desideret interpretem, nedum qua est autoritate, me poscat patronum: si quis casum à fortuna ab eodem non distinctum causetur, quod philosophi tradunt, quippe ea verba, nempe fortunam & casum, pro subiectorum ratione, distare quidem constat, at in vno hominis subiecto, alterū ab altero haud dissidere. In homine enim, idem quod fortuna, etiam casus significat: ex cæcis enim & incertis causis hominibus quid accidere, haud ineptè dicitur, vt in casu, fortuna intelligatur. Si quæras Lector, hæc quorsum tendant: vt intelligas profectò, rem mihi esse cum homine calumniatore, cui omnes occasiones cupio præcisas, ne de fato, fortuna aut casu, quo verbis me obruat, disputationem aliquã ex philosophia, odiosè excitet, & protrahat in immensum. Verùm enim uerò, ego nunc Bucere verba ipsa Hieronymi in te aptabo, vt quàm in te conueniant, omnes animaduertant. Non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est, etc. Audi Bucere, te alloquitur Hieronymus. Nemo putet, id est, ne putet Bucerus, sub hoc verbo, vel fatum vel fortunã introduci, quod hii sunt virgines, quibus à Deo datum sit. Quid ais Bucere, de hoc tuo teste, qui palàm negat virgines hos intelligi, quibus à Deo sit datum? In hiiis ne verbis Pelagianum dices, in ceteris à te stare, vt eiusdem hominis testimonium de eadem causa, partim probes, partim improbes? feceris

D certè

Testimoniũ
Hier. Bucere
rum iugulat
etiam ab eo
adductum.

certè tuo more: Sed non erit is testis eo pacto, totus tuus, sed hac parte meus profectò, si fas est, secare atq; diuidere. Nihilne habes commenti in promptu? non variam lectionem ex vetustiori codice? non librarii inscitiam? non authoris oscitantiam? nihil est tibi exercitato homini? Nò sunt hii virgines, quibus à Deo datum sit. Recita testimonium, ipsissima sunt haud dubiè, tui testis verba. Tu verò de re, quid proponis? nempe Deum dantem destinatis quibusdam, spiritum orandi & exorandi cælibatum efficientem: præterea in vnoquoque per spiritum suum, quod ipse decreuit. Præclare verò, sed de tuo id cerebro, vt Vinton. criminatur. Imò (inquis) cito testè cum aliis Hieronymum, idoneum videlicet & verum orthodoxum patrem, verique & sancti cælibatus verum sanctumq; assertorem. Magnam prædicas de homine veritatem & sanctimoniam, & hoc verè. Ergo audiamus testimonium. Nemo putet (inquit) quòd hii sunt virgines, quibus à Deo datum sit. Dicit Bucerus se hæc verba non citasse, fateor. Sed quum de Hieronymo agitur quod tu omiseras, id ego profero, vt fides testimonii, non ex vna aliqua particula constet, sed ex Hieronymo integro. Bucerus ait, Hieronymus negat: num summa videtur testimonii consensio? At ego (inquit Bucerus) scripturæ spiritum sequor, à quo nemini hominum liceat dissentire. Itaque aperta voce & clara (inquis, profiteor Deum dare spiritum orandi & exorandi, efficere præterea

Bucerus ad
spiritu con-
fugit tâquã
ad Asylum.

præterea in vnoquoque quod ipse decreuit : addo etiam distribuere sua dona, prout ipse vult, cuique pro sua vocatione, 1. Cor. 12. Scripturam loquor, & cito locum, quid amplius expectatur? Tantum non addas illud, à Christo tibi mutuatum, Ego ab homine testimonium non accipio, iam hoc me negotio, excutiendi testimonia, liberasses. Nunc verò hoc agitur, quatenus is tibi suffragetur, quem tanto cum elogio testem nominas: Qui si est verus & idoneus, verè orthodoxus pater, veri ac sancti cælibatus verus sanctusque assertor, quod omnes fatètur, & tu etiam prædicas : quatenus certè suo te testimonio hac in causa grauat & improbat, eatenus te tui ipsius iudicem facit, vt vel tuo suffragio ac calculo, qualem te multi prædicant, talem te esse re vera omnes intelligant. Vt enim verum diceres, de quo agam postea, testi certè tuo, quem à veritate epithetis meritissimò ornas, non videtur verum, quippe qui horrendo fati errore deterritus, haud putat intelligendum, eos esse virgines, quibus à Deo datum sit. Itaque iaces Bucere à te ipso prostratus, falsi & vanitatis tua ipsius opera conuictus. At vide *τὸ Ἰαννουμίων*, vt recalcitret supinus. Ego (inquit) scripturæ nitor, ad cuius regulam, Hieronymum quadrare oportet. Ergo tu solus qui à testibus tuis non petis, sed tribuis authoritatem, interuentu videlicet scripturæ, quam veluti Lesbiam normam in manu tenes, vt quam tu architectus formam dederis, ad eam postea

Bucer⁹ à testibus suis nō petit, sed tribuit auctoritatem. Scriptura veluti Lesbiam regula Bucero.

D ii reducan-

reducantur omnia, & informentur quæcunque videantur parum conuenire. Quem tu principatum si occupas, testium planè creator & fictor, tuo iure dicèris, vt tibi (si quid vsus feret) testimoniorum mille modi sint nunquam defuturi. Tu affers Hieronymum vt te explicet, productum denique tu vis explicare. Testis à reo scilicet diuersa loquitur, sed te patrono idè sentit. Qualem te Demonsthenem habuissemus, si studiorum auspicia, ad oratoriam deflexissent? Audes scilicet, pro te citare, qui à te omnino diuersa loquitur: Cunque enim tu Dei destinationi tribuas omnia, testis tuus contrà cauendū censet, ne fatum aut fortuna introducatur, quod nemo putet hos esse virgines, quibus à Deo datum sit. Sed in hoc sum nimius, imò præsto, quod sum pollicitus, vt indicem porrigente me, videat lector Bucero à seipso prostratum. Quod Bucerus ait, Hieronymus negat, non addo vtri potiùs credendū censetis, quod ille apud Romanos fecit: sed illud dico, non esse, cur quisquam posthac Bucero, quicquam credat. Quòd si hoc omisso, me aliquis percontetur, ecquid in Buceri verbis deprehendam, quod à scriptura dissentiat? Responderem, speciosa quidem esse, quæ dicit, & quæ suo sensu nemo iuerit inficias. Quis enim negauit spiritum interpellare pro nobis, cum quid petamus, nesciamus ipsi, spiritum autem à Deo dari: deinde efficere Deū in nobis omnia. efficere autem nō temere, sed ex decreto, & destinatione sua, distribuere

buere deniq; sua dona, prout ipse vult, & cuique pro sua vocatione. Quid igitur quereris (inquiet aliquis) de Bucero, si sana loquitur, si scripturæ consona? Imò infana & dissona. An non ipse mecum pugnantia loquor, qui eadem sana & infana, consona & dissona esse fatear? Hic expecto Buceri ouationes & triumphos, & mihi vt insultet, qui dicam amarum, dulce: & dulce, amarum: malum, bonum: & bonum, malum. Quod te oro lector, attentius ausculta, dum me ex hiis tricis expedio, & tibi euoluo quæ videntur perplexa. Ita dico: Omne verum, vero consentire maximè, etiam si omnes veri partes nequeamus ita coniungere, vt qua se complectantur atque cohæreant, perspiciamus. Longis siquidem à nobis recessibus habitat veritas, quæ quatenus se prodit, agnoscitur, cætera habitat lucem inaccessam. Ergo quasdam veritates vndique cernimus, & earum cum antecedentes causas, tum subsequentes effectus: quasdam verò pari vel etiam maiori certitudine notas, haud ita clarè cernimus, tamen contenti eas colere & venerari, quatenus sunt, & nostram imbecillitate deterriti, à penitioris indagacione abstinere. Quæ veritates, quoties à nobis hac religione tractantur, vt ea quæ datur cognitione contenti, amplius ne quæramus quidem: disquisitionem sanè habent & fructuosam & gratam, bonis optabilem & expetendam. Quum autè veritates sic inquirimus, vt hiis abutamur, quæ fraudes Sathanæ propriæ sunt, hoc est, verum vero

Bucerus sana infanè loquitur.

Quo pacto idè sanū & infanū, consonū & dissonū esse potest.

Duo genera
veritatum.

conemur euertere: euenit, vt quod ipsum alioq̄ fanū,
& veritati cōsonū maximè erat, etiā si natura idē ma-
neat & immotū, quæ est vis veritatis: malè tamē ad-
hibitū, à fine in quē tēdit, denominationē suscipiat,
vt insanū eo nomine, & veritati dissonū habeatur, in
qua appellatione, cōtortio potius notatur & prauitas
abutētis, q̄ ipsius rei ratio, quæ per se absolutè sancta
est, infametur. Ad hāc loquēdi formā, idē Euangeliū,
& vitæ odor, & mortis dicitur, quū vna sit & simplex
Euangelii natura, vitā dans mūdo, & gaudiū afferens
omni populo, mortē nemini. Sed videam⁹ quæ sunt
propria huius loci. Quæ Bucerus, de spiritu loq̄tur, de
dono orādi & exorādi, de Dei aspiratiōe, de Dei effi-
ciētia, de decreto, de distributiōe donorū, si absolutè
ea protulisset extra contentionē, (quoniā eiusmodi
locutiones scripturis cōtinentur) neminē puto adeò
insanire, vt quæquā voluisset cōtradidere, tantū vt ex-
pungeret suū (tantū) nulla scriptura subnixū, sed Bu-
ceri collectiōe & ratiocinatiōe expressum, id expun-
geret. Cetera ad Dei infallibilē, p̄uidentiā pertinen-
tia, summā itē in humanū gen⁹ munificentia, et eā nō
temere aut casu, sed cōsilio arcano illo & inscrutabili,
soli Deo cognito æquissimè dispensatam: hæc etiam,
vt verè fateamur, ipsa veritas cogit quæadmodū et il-
la: omne bonum à Deo manare, nō esse nos ex nobis
sufficientes vel cogitare bonū, deniq; Deū operari in
omnibus omnia, qui dat bene velle, & perficere pro
bona voluntate. Istis haud dubiè refragabitur nemo
chri-

christianè pius, veritatib⁹ videlicet summis, quæ Deū nobis aliqua ex parte referūt. Sunt etiā veritates, quas ex diuina benignitate in nobis ipsis agnoscimus: Dei gratia, dari liberū arbitriū, hoc est, volūtatē à Deo fanatā, quæ diuinæ gratiæ auxilio bonū cupiat, eligat, amplectatur, atq; gratia semper comite in eo proficiat, progrediatur, perseueret, vt premiū boni ppositū, etiā si nō ex meritō, quod adæquet brauiū, ex iusta tamē pmitētis & inuitātis liberalitate assequamur. Qua gratia datur petere, datur querere, datur pulsare, vt volūtatē; vt studiū, vt laborē adhibeam⁹, sed Dñi semper auxilio, qui non destituit suos, nō minatur immeritis, nō illudit vocatis, suas diuitias in oēs professus, qui inuocāt eum, qui vult oēs homines saluos fieri, quum sit iustus in omnib⁹ viis suis, vt Domini sit salus, & ex te Israel pditio. Quas de nobis & nostra cōditione qui regeneramur, veritates, nemo non omnino demens impugnarit. In illis ergo contēplandis & colēdis, est suaue quoddā animi oblectamentū, in istis iucunda pietatis exercitatio. In illis acq̄escimus, in istis laboramus. Quas veritates qui irreligiosa & pphana mente cōmittere cōtendit, vt quoniā inter se humano iudicio & sensui animali speciem quandā pugne & collisionis exhibeāt, arbitri partes sibi in eo arroget, vt de iis quæ minùs liquēt, nec vllis in lucē vindicari argumētis possunt, quasi finibus quibusdā, & regionibus certis terminet et moderetur: ne is quisquis fuerit, operam planè inanem, & impiè arrogantem sumpserit.

Quòd

Liberū Arbitriū.

Quòd si quis eò vesaniæ progrediatur, vt alteras veritates alteris conetur euertere, & superioribus veritatibus inferiores demoliri, vel contrà: hic vel in Pelagianorum Scyllâ, aut Manicheorum Charibdim incurrat, necesse est. Quid ergo est? An ego quasi velim cornicum oculos configere, piam Sanctõrum tractationem improbo, qui ad interiora velaminis accedere non sunt veriti, vt de summis veritatibus & altioribus mysteriis, inquirerent modestiùs, & lucẽ aliquam maiorem sua opera adducere conati sunt? Absit à me hæc temeritas, sed id quod nunc agitur, cum Bucero ago, vt ex alteris veritatibus ne proferrantur argumenta, quæ alteras extinguant atq; conficiant. Bucerus opponit Dei donum, voluntati hominis: Dei decretum & destinationẽ, hominũ electioni: Dei efficientiam, hominum labori, quasi minus sit verum, hominẽ velle capere, quia Deus dat: aut hominẽ eligere, quia Deus distribuit vt vult: aut Deum suam contrahere in aliquos munificentiam, quia quibus daret, destinari. Vnde etiam illud sequitur, vt quoniam Dei nobiscum benignitate effectum sit, vt quodã quasi fœdere cum Deo coniungamur, quod initiali Baptismatis sacramẽto, verbis quibusdã pangi solet, in quo Deus auxiliũ & pollicetur & præstat, nos operam modò nostram & industriam spondemus in hac vitæ militia defungenda. Qui alterutram harum veritatum partem vrgẽt, ignauia & superbia, cognatis homini vitiis patrocini-
nium

Bucerus verũ
vero conatur
euertere.

num quærunt, vt de suis viribus tumidi, si qui sunt tales, qui sunt hodie paucissimi, prout eorum est numerus, qui ad ignauiam labuntur, auxiliū gratiæ immemores, sint Deo ingrati. Desides autē & minus industrii, ab illis sententiis causas petant, quæ Dei prouidentiam, destinationem, decreta, testentur: quasi ille non dederit, in quo sefellit euentus, sibi ipsi interim Suffeni, inertix, oscitantix, & ignauix suæ blandientes, ac seipso miserè fallentes in cogitationibus impiis. Cùm contrà nos ipsos accusare debeamus, & ne condemnemur, condemnare. At isti omnem in Deum culpam conferunt, translationis statu, vt qui turpiter ab externa vocatione, in cælibatu defecerit, internam Dei vocationem causetur non datam, quòd nō sit ex hiis, quibus Deus dare decreuerit, qui secundum Bucerum, spiritum hiis tantum aspirat, quos ad cælibem vitam vocauit, quum Hieronymi testimonio, quem Bucerus per se citat, multos vocatos, ex quibus paucos electos constet, quia nō perseuerauerunt. Sed nunquid ea re dicemus destituisse eos spiritum, qui non eliguntur? minimè gentium. Quid ita? Quia Deus profectò, qui totus bonus est, & beneficus, haud vnquam destituit, nisi destituatur. Vultis verbo videre, quantum discrepet Bucerus à Hieronymo suo teste? Hieronymus industriam hominum excitat, Bucerus retundit. Hieronymus arguit ignauiam, Bucerus patrocinator. Hieronymus admonet nos, quid sit nostrarum par-

E tum

Christianus
erga Deum
Concessio-
nis statu nō
Translationis
vt Bucerus
vti debet.

Auſtoris
Buceri &
Hieronymi.

Qualis Iu-
dex futurus
esset Buce-
rus.

tium, vt conemur orare, quærere, pulsare: Bucerus ad occultã & arcanam diuinę destinationis abyssum deducit, vt oculis caligantibus torpeamus. Vt si de iure foederis nobiscum cum Deo initi, queratur, Bucero iudice, quotquot de non dato dono conque- rantur, absoluantur omnino ad vnum omnes, per- missis etiam quia non continuerint, vxoribus. Con- demnetur verò Deus, qui non dedit misellis peten- tibus, quærentibus etiam & pulsantibus, secundum Hieronymi doctrinam, vel Christi potius, qui se omni petenti daturú, est pollicitus. Verùm (inquit Bucerus) in salutis causã: at non idem in cæteris do- nis, quæ distribuit, sicut vult, pro cuiusque voca- tione. In salute nimirú, liberalis est Deus: in aliis con- tractior. Bellum ignauix studiosorum prætextum, vt quum ipsi defunctoriè operam literis dederint, apud Buceri tribunal causentur Deum non dedisse, & absoluentur. In confesso est, sine Deo dante ni- hil fieri, sed quemadmodum cum de Deo irato lo- quimur, non Dei affectum impiè notamus, sed mi- seriam nostram, iram promeritam: sic cum Deum non dare omnibus dicimus, nostrã tarditatẽ, nostrã ineptiam, & innumeros in nobis partim apertos, partim latentes obices, accusare debeamus potius, cum id possimus verè, quàm diuinæ munificentix contractionem allegare, vt culpam à nobis superbè auertamus: quod Bucerus non vult, quum ta- men Hieronymi doctrinæ, quem suæ sententiæ testem

testem citat, sit maximè consentaneum: adeò bene conuenit cum Bucero: Hieronymus suus testis tamen, diuersum docet, etiam via diuersa.

Hieronymus enim negat hos esse virgines, quibus à Deo datum sit, non quòd neget Dei esse donum, sed quòd longiùs nos abduceret ab errore facti, ne putemus inuitos, stertentes, oscitantes, aut aliud agentes, & quasi diuina vi actos, summa securitate futuros tales, siquidem tales sumus futuri. Itaque quum negasset, dono Dei dari ad eum modum malè intellecto, infert dono Dei dari tamen, non vt Bucerus, aliquibus tantùm destinatis, ne ad fati errorem viam aperiret, quam obstruendam susceperat: sed hiis qui petierunt, qui voluerunt, qui laborauerunt. Bucerus è regione sic vrget donum, vt quod suus testis Hieronymus maximè fugiebat, id ille contrà statuere contendat, hoc est, eiusdem rationis cum fato, necessitatem, non illam tamen rusticam & barbaram, quam vis infert & coactio, sed aliam quandam, quam nobis pro sua benignitate, permittit Bucerus mitiorè, vt destinatos ad vitam meliorem, aut donis donatos eminentioribus, & iuuet & lubeat in hiis esse, ac vtrò iã, postquam eo necessitate protracti simus, quòd conuenit & par est, lubentes faciamus. Cuius rei imaginem in eo cernas, si quem dormientem, sine omni videlicet succussu, ne euigilet excitatus, subito in locum amœnum & iucundum,

Vide qualè necessitatè fingit Bucerus.

luo ba

E ii subdu-

subductū fingas, quò loci, ille nunquam proposue-
 rat accedere, quò non inuitus, quia non sentiebat,
 sed neque volens, quòd nihil antea intelligebat, vi-
 detur peruenisse: A quo loco, si recedere illi postea
 non licebit, illectamentis videlicet eiusmodi capto
 atque constricto, vt subūpsi quodāmodo ne abscē-
 dat, compedes iniiciat, & lubeat iam maximè quòd
 videat necessarium, hominem hoc pacto necessitate
 impulsū, & eò protractū, quòd nolebat primum
 et refugiebat, intuearis, agere tamē liberè, agere spō-
 te, cum eò peruenierit, deniq; nulla coactū vi qui-
 dem, quæ cum *involuntario* pugnat, sed necessitate tamen,
 siue adactū, siue perductū dicas, certè quòd venis-
 se, non destinarat, & quòd non elegerat, affecutum:
 Nonne hoc exemplo fit palàm, haud pugnare cum
 voluntate necessitatem, vbi abesse vim & coactio-
 nem vides, & nolentem effectū, iam volentem, vt
 quòd fit necessarium, ferat æquanimiter, & spōte sua
 faciat, quòd non pōtest nō facere? In quā re, si istum
 dormitabundū, in procliui iacentem, aliquo mo-
 tu nō violento, sed leui actū, in eiusmodi amoeni-
 tates prolapsū, imaginemur, plena certè phantasia
 Bucerī somniū de necessitate, explicuerimus, quam
 volūtas videlicet veris voluptatibus dilatata, & libe-
 ra, non fugit, sed exosculatur, nec ab ea se necessitate
 liberari, sed in ea versari & immorari expetit. Durū
 est verbum necessitatis, sed ita emollit Bucerus,
 vt in aliquibus valeat ad securitatē, in aliis subseruiat
 ad cul-

ad culpæ causam, vt non sit sine vsu necessitatis persuasio: videlicet, qualis quisque futurus sit, talis in alterutram partem, sit necessariò futurus. Nemo tamen cogitur, quòd suam quisque necessitatem agnoscat, & quòd necessariò perducatur, ibi sit non inuitus, sed sponte videlicet: cum sit talis, quoniã nec alter velit, nec alter queat, quòd natura sua immotum sit immutare. Hæc obiter tibi Bucere, de tua necessitate, cum qua cohærere electionem, quæ est voluntatis summa potentia, vt sit ex te Israel perditio, tu nihil doces, quòd est maximè verum, à necessitate abhorre, quum alioqui ^{à nobis} cum necessitate consistere, sit certissimum, nec semper à necessitate excludi & deturbari. Vide quòd me protraxit mentio necessitatis, sed redeo ad collationem Hieronymi cum Bucero, de quo & si satis superque dixisse, aliquibus videar, meminerint tamen insignem Buceri impudentiam id poscere, vt iterum atque iterum inculcetur, repetatur, & tanquam aliis atque aliis characteribus, variis verborum formis, memoriæ hominum altè imprimatur & infigatur. Hieronymi de cęlibatu sententię, huiusmodi sunt. Proponit inquit Agnothetes præmium, inuitat ad cursum, tenet in manu virginitatis brauium, ostendit purissimum fontem, clamitat: qui sitit, veniat & bibat: qui potest capere, capiat. Non dicit, velitis nolitis, bibendum vobis est atque currendum, sed qui voluerit, qui potuerit currere atque potare, ille vincet,

Quamuis
voluntarium
cũ necessitate
possit consistere,
at nõ
Electio tam en.

Vt Bucerus
sciens suppressit
aperta contra se
Hieronymi
testimonia

ille satiabitur. Et rursus, difficilis res est virginitas, & ideo rara, quia difficilis. Multi vocati, pauci electi: Incipere, plurimorum est: perseverare, paucorum: unde & grande primum eorum qui perseverauerunt. Nemo putet quod hii sunt virgines, quibus à Deo datum est. Qui potest capere, capiat, quasi hortatis vox Domini est, et milites suos ad pudicitie premiū concitatis: Qui potest capere, capiat: Qui potest pugnare, pugnet, superet, triumphet. Hiis sententiis, suam de Christi sententiarum interpretatione, sententiam explicat Hieronymus, quas omnes Bucerus tacuit & suppressit consilio, data opera, sciens, prudens, illud nimirum agens, ut te fallat Lectorem, quem putavit de fide & integritate sua, in citando auctore, haud velle dubitare. Si in Bucerum scripsisset Hieronymus, non potuisset apertius, dilucidius quàm scripsit, scribere. Verum sic cogitavit Bucerus, hac nimirum confidentia, rem est aggressus, quod sibi putavit bonum atque commodum: Si dixerò Hieronymum à me stare, hominem eo nomine notatum, quod iniquior in matrimonium videretur, virginitatis valens & vehemens assertor, magno quodam prejudicio aliorum omnium sententias labefacto. Hic mihi conciliandus est, quoquo pacto sic faciam, opinor. Ex Libro contra Iovinianum, quiddam, quod à contextu euulsum, aliquid ambiguitatis habere queat, illud modo proferam: deinde ex eiusdem in Matthæum commentariis,

quæ-

Consilium
Buceri fraudulentū explicatur.

quædam obscurans, cætera tanquam aduersa connectens, nonnulla interim supprimens, non à dicto quod mecum non facit, sed à dicti ratione, non nihil comminiscar, quò quod mihi in illo, omnino contradicit, aliquatenus diluens, modica à verbis ad sensum deflexione, illum à me stare, confidenter dicam. Nempe fatetur Hieronymus, orandum, petendum, quærendum, pulsandum. Orandum est autem spiritu, Spiritus verò datur: Deus non dat temere, sed quibus vult: Dat ex decreto, quæque vult & decernit, efficit, ergo etiam ab ultimo ad primum, dicam sensisse mecum Hieronymum, facere certè mecum videbitur meis. Qui mihi non fidit, Vinton. is in vinculis est, contemptus, spretus, gradu deturbatus, vilis & abiectus, vel mihi contra hiscere non audebit, vel per fortunæ misérias, vix habebit Hieronymi inspiciendi facultatem. Nonne huiusmodi videntur fuisse Buceri consilia? denique extremum illud è Comœdia, Audendum est aliquid, fortes Fortuna iuuat. At vbi interim Christiana fides, quæ, Bucero autore, cum crimine non consistit? An grauius esse crimē potest, quā oculis apertis, animo intento, & id ipsum agēte, diuersum eius quod videas, quod legas, quod intelligas, affirmare? & in agnitam veritatem, hoc est, in Spiritum Sanctum peccare? neque id subito mentis impulsu, momentaneo sensus affectu, vehementiori aliquo illicio, animum in transuersum agente,

Buceri fides
vel cū crimi-
ne con-
sistit contra
eius doctrinā,
vel nul-
lam habet.

agente, aut aliqua ambiguitate fallente iudiciura, (vt sunt lapsus humani cum crebritum iugentes,) denique nihil sit horū, quod ab humana imbecillitate temeritatis, cæcutientia, hallucinationis, aut ignorantia causam habeat: hæc cum ita sint, vbi interim Buceri fides? non de ciuili aut morali nunc quæro, sed Christiana, quam ipse tradit cum crimine non consistere: Quod si verum est, tu opte ipsius iudicio Bucere id quod me notare velle initio dicebam, & fide vacabas morali, quum vana scriberes, & hærens in crimine, exueras Theologicam, vt nihil tui superesset, nisi mendacium merum. Vides me Bucere, non rem tractare, sed te, vt excutiam fraudes, aperiam dolos, explicem versutias, detraham fucos, quæ omnia sinuosis tuis dictis inuoluta, non omnibus patebant. In ore tuo, tertium quodque verbum, pietatem imitatur, loqueris Deum, intonas Iesum Christum, obtestaris iudicem viuorum & mortuorum, cruci Christi subiicis verbo doctrinam, optas instaurationem Ecclesiarum, omnibus precaris sanam mentem, detestaris sophisticam, abhominaris fucos. Quæ tua verba, quum eiusmodi sint, adeo certè res redit, vt fallere hominum simplicitatem, imponere credulis mentibus, istis verborum præstigiis, mediteris. Alioqui verò Hieronymum citaturus, cur alia dissimulasti, alia præteriisti, nonnulla obscurasti, breuiter pro te facere dixisti, quem videbas, sciebas, intelligebas, diuersum affirmare.

Dau-

Verborum
giorum fu-
co, imponit
lectori cre-
dulo Buce-
rus.

Da veniam Lectori impotentia meae, per quam mihi haud impero, ut à Hieronymo discedam, quum eadem ferè sit Buceri impudentia in cæteris testibus laudandis, qui causam illius, aut apertè lædunt, aut omnino non adiuuant. Itaque quid dicat Hilarius, audiamus. Primum, quomodo illum mutilum citat Bucerus, deinde ut ipse habet Hilarius integer. Eo pacto & Buceri fraudem, quatenus valeat, & Hilarii sententiam, in quam partem inclinatur atque propèdet, intelligemus. Bucerus Hilarium citat in hunc modum. Hinc & diuus Hilarius in hunc eundem Matthæi locum, scribit, Dominum nos eo admonere similes fieri ei, qui vltro decreuerit esse cælebs, si tamen possimus: non dicit, si tamen velimus. Hæc tenus de Hilario, secundum Bucerum. In cuius verbis, Lectorem Bucerus admonet, quod oculis & auribus statim se offert, dicere Hilarium, si tamen possimus: non dicere autem, si tamen velimus. Id si do, quid efficit tandem? Nimirum Hilarium non stare à me, neque verbo consentire ad stipulatoribus illis, quos me, meae sententiae assertores habere, ipse Bucerus cõfitetur. Quid tñ postea? an id te quoquo pacto subleuat, si vllum aliquem reperias, qui disertè non dicat, quod cæteri non pauci explicat? Ad hunc modum licebit & alios reperire, non dubito, plures, qui cum verba ipsa scripturae ab aliis satis explicata putent, nõ aliis, sed iisdem scripture verbis, loquendum censeant, si quando res dederit ut loquantur.

Bucerus.

Silentium Hilarij Buceri assert pro valido testimonio inopia scilicet testium.

F At id,

At id, quid mea? A verbis scripturæ non recedit Hilarius, et verbo (possimus) contentus, non dicit, si velimus: concedo. Perge porro, vt quo rem deducas, videamus. Quid hinc consequitur? Pro me non facere Hilarium, quod interim largior, de quo postea videbimus tamē. At expectabat mecū Lector, vt Hilariū produceres, qui suo testimonio firmaret tua, vt pōdere ac numero mea eleues, quæ fateris esse aliqua. Nunc verò, quid agis? Hilariū verò producis (quod ad rem, qua de agitur, pertinet) omnino mutum, utpote qui non dicit (id quod tu notas) si velimus, quasi mecum sentiat, nec quicquam præterea addat, quod corroboret tua, nisi forte, eam mihi personam imponas, de qua dici possit ea sententia, contra me esse omnes, qui non sunt mecum, si iactassem Hilarium mecum facere, si citassem, nominassem, laudassem, aliquid valeret tua annotatiuncula, non dicit si velimus: Nunc vero inopiam tuam summam, & maximas causæ angustias, prodis, quum ab Hilarii silentio petas præfidium, qui pro me, quid non quærebam, non dixit videlicet quod volebam: non enim dixit quod tu notas, si velimus: pro te autem, qui id postulas, nihil dixit omnino, summa videlicet inter nos æquitate, qui neutri suo dicto suffragetur. Imò inquis, dicit, si possimus. Sequitur videlicet scripturæ phrasim, de cuius interpretatione tecum contenditur, qui nouam & cerebro tuo commentaris interpretationem. Sed, videamus Hilarium, vt est

vt est à te concinnatus, & interpolatus; num cæteris fortasse verbis alicubi te adiuuet. Volo nunc Hilarium tuum expendere; hoc est, tuo modo relatum. Scribit (inquis) Hilarius, Dominum nos eo admonere, similes fieri ei, qui vltro decreuerit esse cælebs, si tamen possimus. Primū quatenus Dominus admonet, profectò hortatur, quod totum contra te est. Quid enim hortetur eos, qui quadam necessitate vocantur: dicis, Deū iis modis statuisse agere, vt destinatos hortetur, ne videatur cogere: Hic nō insistā, ne videar causas querere digressionū. Vt cunq; sit in re, forma doctrinæ, haud tecū consentit adhuc Hilarius, etiam à te in id refictus, & (vt ita dicam) mangonizatus: Sed pergo ad reliqua. Dominus (inquis, de Hilario) admonet nos, similes fieri ei. Hic insisto, & quero, cui ei? Sequitur, qui vltro decreuerit esse cælebs. Quis verò is est qui decreuerit? Si alium quempiam à Domino intelligis, quam ex diametro pugnat tecum in hac doctrina Hilarius; quū decretum cælibatus, quod tu Deo de singulis hominibus, ille tribuat ipsi homini; Bucero Deus de cælibatu decreuit, Hilario, homunculus. Quantum distat à terra cælum, tantum est interualli à Bucero ad Hilarium, cui defert Bucerus testimonii dictionem: sin ita (se) intelligat Bucerus, vt in pronomine (ei) sentiat repetitum, & significatum Dominum, quod à legibus Grammaticorum non dissentit, exoritur hoc noui & antea inauditi, Dominū

Hilarij verba expenduntur.

nostrum decreto suo vouisse ipsum calibatum, vt habeant votarii, quem imitentur scilicet, nempe Christum, Videbor tibi fortasse Lector, in re aperta, diutiùs immorari, & causas mihi fingere ludificationum. Quod equidem non facio, data opera, sed nec fugio oblatas tamen, vt hominis huius virtutes, dolo, versutia, calliditate, nobilitatas, me tractante & agitante, singulas pressius cognoscas & contèplere. Potuiffem vrgerè hominem paucioribus verbis, & interrogare, num puderet, Hilarium corrumpere narrando? quum sciret, ad horam, sibi id esse faciendum, nec posse latere diu tam insigne mendacium? Sed animo non nihil concedo meo, vt in hiis explicandis immorer longiùs, cuius rei culpã, à te Lector deprecatum iri, non dubitauì. Sed redeo ad Bucerrum, vt ex me audiat, Hilarium integrum, quem totum meum esse aio iure Quiritum, hoc est, meam sententiam propugnare, Buceri conuellere. Hilarius enim ipse, purus, putus, in eo loco habet in hunc modum. Nobis circa Eunuchos, sermo sit & voluntas, Et in vno posuit naturam, in altero necessitatem: & in tertio voluntatem. Naturam in eo, qui ita nascitur: necessitatem in eo: qui ita factus est: voluntatè in illo, qui spe regni cœlestis, talis esse decreuerit, cui nos similes effici, si tamen possimus, admonuit. Hic te oratum volo Lector, vt mihi tantillum operę dare, ne graueris, dum ipsum Hilarium aliter à me, aliter à Bucero prolatũ, ex ipso authoris volumine cogni-

Hilarius.

cognitum, planè diiudices, quò pleniùs & certiuùs videas, quæ sequuntur. Dico enim & edico omnibus: Qui causam Buceri clariùs damnet, quique meam apertiùs comprobet, omnium qui scripserunt, quoad verborum breuitas patitur, quàm faciat Hilarius, testis à Bucero citatus, reperiri neminem. Explicans enim de Eunuchis parabolam, alium natura, alium necessitate, alium voluntate facit, vt quod in alio natura, in alio necessitas faciat, id ipsum in alio, faciat voluntas. Quo pacto voluntas, vt reliquas prætereamus? videlicet in eo qui spe regni coelestis, decreuerit esse talis. Itane homo, voluntate inducitur, vt spe regni coelestis, decernat esse cælebs? Immane, quantum à Bucero, Hilarius verbis discrepet, & docendi modo? Hilarius facit hominem volentem decernere de cælibatu: at quem hominem? videlicet qui voluerit & decreuerit: nã aliud prætereà nihil adiicitur. Virgeo verba ipsa, & doctrinæ formam. Nam alioqui, ea religione legēdi sunt patres pii, & sancti, eaque reuerentia, vt quæ in vniuersum à Christianis recepta sunt, quusmodi sunt hæc: nihil sine Dei gratia fieri: nihil haberi, quod non sit acceptum, omne bonum de sursum esse, semper supposita & intellecta, habeamus, etiam cum nihil dicatur. Qui patres, quum Dei benignitatem expositam interpretantur, & inexhaustam, hominum imbecillitati subleuandæ semper paratam, segnibus hominum mentibus, calcar admouendum censent, infigendum stimulum,

F iii homi-

Hilarius integre citat, Buceri causam clarificat, mè dānac.

Qua religione scripta Patrum legenda sunt.

hominis in clamandā voluntatem vt excitetur, studium quod torpet, prouocandū, operam languentem exuscitandā, vt Dei bonitati sua spē affluētī, & ad se inuitanti ac allicienti, & vt possis auxilianti, aliqua ex parte respōdere valeamus. Bucerus autem quid agit? loquitur mysteria, tractat arcana, versatur in tenebris, scrutatur inuestigabiles domini vias, excutit diuina decreta, destinationes Dei, voluntatē Dei, efficientiam Dei: quæ omnia, omnes pii venerantur, explicat nemo. Esse ista certum est, quis negat? sed ita sunt tamē, vt nihil infirmet eorum, quæ sacris eruditi oraculis, hominibus donata, permiffa, concessa cognoscimus. Quod est Dei, ex se est: quod hominis est, vel boni, vel facultatis, id totum à Deo est. Quæ ergo possunt, id est, volūt homines: cū Deo, & possunt & volunt, aut ne quicquā volunt. Chrysofom^o interpretatur (posse capere) id est, velle capere, de Deo nihil dicitur expressē quidem, sed dicitur tamen, id est, intelligitur, quum homines dei loquantur, qui nihil prophanum aut impium cogitent. At Chrysofomi interpretationem non fert Bucerus, quo nomine mecum litigat, quibus testibus? Hieronymo, Hilario, & aliis, de quibus postea. De Hieronymo audistis vsq; ad nausē, balbutiente me. De Hilario item non nihil diximus, pro mea facultate satis, pro rei qualitate parū. Accidit interdū, vt cupiditate vincendi, obscuros, ambiguos, dubios in hanc aut illam sententiam, comoda interpretatione,

tionē, nec nimium violenta flexibiles, locupletandi
 testimonii causa, qui causæ patrociniū suscepert,
 adhibeant authores: in quo etsi fides dicentis audiat
 malè, quod hac parte decedit tamen, accrescit inge-
 nio, industriæ, acumini, qua re valere maximè Buce-
 rum, nemo nescit. At verò hîc, Bucerus non est Bu-
 cerus, nemiū dedit amicis, qui deuictus precibus, se-
 ipsum prodidit deridendū, vt causæ nō bonæ patro-
 ciniū acturus, testes ipse citet, qui nō modò nihil pro
 se faciāt, sed improbent maximè, quod conatur sta-
 tuere, idq; verbis clavis & luculentis, vt cū fides Bu-
 ceri adfit mala, ingeniū & acumen desideretur. Citat
 Bucerus Hilariū, qua in causā? vt in cælibatu suscipi-
 endo, Dei voluntas spectetur, Dei decretū, de qui-
 bus Hilarius non solū tacet, sed de hominis volun-
 tate, deq; hominis decreto, disertè loquitur, hoc est,
 pro Bucero non facit: & me adiuuat, quē Bucerus in
 hac interpretatione, pro veritatis hoste, habet. Dice-
 res Bucerū præuaricari, & ductu quodā obliquo age-
 re, vt prodita hoc pacto causa aduersariis tradatur.
 Tædet fortasse hominem, toties iterati coniugii.
 Sed audiamus Augustinum, magni nominis & au-
 thoritatis virum, cui in enarrandis scripturæ my-
 steriis, multum & meritò defertur à bonis, cuius te-
 stimonium, si pro te haberes Bucere, neglecta tem-
 porum ratione, quam in recensendis authoribus
 secutus es, ipsi adeò Hieronymo (opinor) eum præ-
 posuisses: nunc das locū mediū, in quē oratores tanq̄
 in muri

Ingeniū Bu-
 ceri nō fuit
 domi cū Hi-
 larium citat
 uit.

Ingeniū Bu-
 ceri nō fuit
 domi cū Hi-
 larium citat
 uit.

Augustinus
de adulteri-
nis cōiugijs
cap. 19

Testimoniū
Augustini
in hoc loco,
nō attingit
statū causę.

in muri meditullium, minutissima & infirmissima
quæque cęmenta infarciunt. Si vel tantillum de cau-
sa dixerat Augustinus, esset ab authoris nomine &
æstimatione magnum: nunc verò quum nihil di-
cat, omnino conuenienter inter minima vel nulla
referatur. Quid ergo dicit Augustinus? Ad id quod
amplius expedit, quicumque potest capere, consilio
Apostoli prouocatur. Hęc sunt Augustini, in quo
vno citando, fefellit expectationem meam Bucerus,
qui nec adiiciendo, nec adimendo (quod alioqui so-
let) quicquam corrumpit aut deprauauit. Itaque de
verbis cōuenit, quę sunt re paucissima, & ad id quod
agitur, nulla, hoc est, causam exprimunt, statum au-
tem causę non attingunt: Causa enim in hijs verbis
est. Qui potest capere, capiat, quę Christi sunt verba:
status verò, in verbi (potest) interpretatione cū Bu-
cero est, quò etiam essent testimonia referenda om-
nia. Quid ait Augustinus? de causa profectò ali-
quid. Quicumque potest capere (inquit) prouoca-
tur, quod idem est, cum Domini dicto. Qui potest
capere, capiat: est enim prouocantis hoc verbi (capi-
at.) Ad id verò quod quæritur in statu causę, mu-
tus est Augustinus, hoc quidem in loco, vt sua taci-
turnitate, nec Bucerum, vt ceteri, lædat: nec, vt reli-
qui testes, me adiuuet. Et tamē quasi lectoris oculos
hęc tam aperta fallerent, vide (inquit Bucerus) non
ait quosuis. Audi contrà Bucere. Non est pro-
fectò, is tantus vir, quiuis, hoc est, Buceri similis, vt
temere

temerè dicat, quod nō habeat rationē, & in necessi-
 tatē deducat, quod Deus fecit liberū, deniq; quosuis
 indiscriminatim, capere dicat: quod non nisi excussis
 potētiae nostrae modulis, capiatur. Cæterum quod in
 contextu frustra notatur, putauit etiā in marginē re-
 ferendū, quasi rei, nullius per se momenti, geminatio
 haberet aliquid argumēti. Sic enī est in annotatiuncu-
 la marginali: Prouocatur, qui potest capere. Mi-
 rū ni prouocaret impotētes, vt ioco quodā tyrānico
 illuderet prouocatis. Nobis est res cū benignissimo
 Domino, qui nō est acceptor personarū, qui quum
 omnes alloquatur, ad captū tamē nostrū, & edicta &
 hortamēta tēperat sua, vt ne suprā quā vires nostrae
 ferant, videatur exigere. In re difficili admonet diffi-
 cultatis, nō ea re quidē, vt modū benignitatis suae fa-
 cere, sed vt nostrae nos imbecillitatis admonere vide-
 atur. Omnes nō capiunt, sed quibus datū est. Ipsum
 autē dare, ne quis causetur à Deo nō fieri facilè sum-
 mae liberalitatis vocē, subiunxit Christus, qui potest
 capere, capiat: vt cum à nostra impotentia eueniat
 quòd nō capiamus, effusam in oēs Dei benignitatē
 in eo agnoscere debeamus, quod dicat: Capiat, qui
 potest capere, cūq; neminem repellat rei capiundae
 idoneū, hoc est, potētē: oībus ex æquo ad gratiā ex-
 positus habeatur. Euentus verò causa, quòd oēs non
 capiāt, nec datum sit oībus, illa quae in nobis liquet,
 nostra videlicet impotentia, accusetur: nō quærat
 autē in Dei arcano decreto, in latenti Dei voluntate,

Inopia argu-
 mentorum,
 geminatio-
 ne rei inuti-
 lis vitur Bu-
 cerus.

G in inti-

in intimo recessu iudiciorum Dei, quò nostræ mētis
 acies haud queat penetrare. Sed quid hæc disputo? dū
 discussio Augustinum, qui hoc loco, de re nihil dicit,
 quæ controuertitur. Pergo ad reliqua. In ordine tes-
 tium, succedit Gregorius Augustino, hoc fortasse
 consilio, vt imminuta alioqui Gregorij authoritas,
 ad Augustini vmbra nonnihil emineat, & augea-
 tur, author qualis qualis suo merito sit, Bucero in
 cæteris haud magni ponderis existimatur. Sed
 damus authoritatem, quam vult magnam. Gre-
 gorij testimonium citat sic Bucerus, Hinc & Diuus »
 Gregorius, libro de pastoralis cura, cap. 29. parte 3. scri- »
 bit cælibes esse, à pijs & fidelibus pastoribus admo- »
 nendos, vt si tentationum procellas cum difficultate »
 salutis tolerant, coniugij portum petant. Et sequenti »
 capite eiusdem libri scribit: Audiant peccatorum car- »
 nis ignari, quod per semetipsum de hac integritate »
 veritas dicit: Non omnes capiunt verbum hoc, quod »
 eo innotuit sumum esse quo denegauit omniū. Ha- »
 ctenus de Gregorio, cum clausula Buceri: Ecce testa- »
 tur deū simpliciter negasse, hoc donū esse omnium. »
 Habes hîc Lector sententias Gregorij, non perpetuo
 tenore, in Gregorio contextas, vt Bucerus fatetur,
 sed quasi ex hortulo decerptos flosculos, præter-
 missis interim quorum odorem nares non ferunt
 Bucerianæ, sed hoc postea: illud perpédamus modò,
 quatenus valeant hæ Gregorij sententiæ, num me
 adiuuent vt cæterorum? an Bucerum? an verò neu-
 trum

Bucerus.

iiii

o

trum? Prima sententia, quę est, non vicefimo nono, sed ca. 28. sub finē, veritate quidē subnixa est, iudicio meo, sed à quo de agitur, (vt ita loquar) aliena: id quod Bucerus videbat ipse: sed quoniā verborū species, id prę se ferat, quasi quoquo modo cęlebs (alloquitur enim Gregorius cęlibes, si tentationum procellas, cū difficultate salutis tolerat, coniugii portum petat, etiam si ad statum pręsentem, nō propriē pertineat, vt controuersiam propositam expediret: habet tamen aliquem vsum suum, vt eorum temeritatem externa verborum specie subleuet, qui cęlibes ex voto facti, coniugii vsum sibi putant licere. Ergo valeat, quatenus valeat, vt quidam annotauit, apud Iurifconsultos,) certē ad eam quę agitur disquisitionem, nihil pertinet. Quod sequitur, accedit propiūs, videlicet: Audiant peccatorum carnis ignari, quod per semetipsum, de hac integritate veritas dicit. Non omnes capiunt verbum hoc. Quod eo innotuit, summum esse, quo denegauit omnium. Hęc sententię Gregorii quid habent quęso Bucere, quo explicant sententias, tecum controuersas? An lucem aliquam afferant scripturę verbis, quę eadē propemodū forma & serie referunt? pręterquā quod summū esse verbū cęlibatus, eo Christi dicto, Gregorius colligit, quo planē negauerat esse omnium? Quid hoc ad causam, quod summū sit verbū cęlibatus? si liceat etiam voluntate, quod summū est, assequi, quod hīs verbis non negatur? At Christus dene-

Bucerus ad-
iectione vo-
cabuli, Le-
ctorem sen-
su ambiguo
seducit.

gavit esse omnium, si Gregorio credimus: imò si ipsi credimus Christo, qui dixit. Non omnes capiunt, quibus verbis, euentus notatur nostræ fragilitatis, non modus describitur bonitatis diuinæ. Omnium non esse cælibatū, nec omnes capere, in confesso est. Vnde autem id fiat, controuersum est. Vrges confessa, non probas dubia: Et tamen quasi aliquid docuisses, subiicis epiphonema huiusmodi. Ecce testatur Deum simpliciter negasse, hoc donum esse omnium, quod à te, quàm non simpliciter sit additū, cuius facile est videre. Nempe illud agis, vt sensus ambiguitate Lectorem fallas, dum adiectione verbi (donum) quod in Gregorio nõ erat, Lectoris non attenti, & in causam tuam propensi, aures aucuperis, & in tuam statim sententiam rapias. Si enim Christus negaret donum esse omnium, significaret fortasse, se omnibus negare dare, vt ab illo vno sit, quò minùs sit omnium, id quod ante Bucerū, dixit nemo, nedum Gregorius, quem profert, qui verbis suis euentum modò notat, quod omnes fatentur, non dari videlicet omnibus: de eo verò quod controuersum est, vt est à te quidem citatus Gregorius, nihil dicit omnino. Non enim explicat, cur non detur oībus, qui scopus est huius tractationis. Nempe enim qui nostræ impotentiae tribuunt, quòd non capiatur cælibatus, mecum faciunt, qui verò Dei destinationi, quasi certis tantùm electis & paucis circumscriptæ, tecum, quorum neutrum fit ab hoc Grego-

iusg

ii 3

Grego-

Gregorio, ut est à te productus, quippe qui rem quæ est modò, verè indicat sic se habere, quòd omnes videlicet non capiant verbum cælibatus, id quod cum ipsa veritatis voce consentit, quã omnes amplectimur & veneramur. Tu verò, in marginali annotatione, repetendum censens, Christum negare, esse omnium, capere verbum cælibatus, quasi patrum testimonio id euicisses, quum verbis ipsis scripturæ, tantundem constet, id est, non omnes capere verbum hoc: quæ verba sunt (ut est antea non semel dictum) indicantis Dei, & notantis, quid in hominum imbecillitate fiat: nō autem docentis, immensæ suæ benignitatis modum, ad quosdam modò destinatos, suo decreto (quod tu fingis) comprehensos pertinere, de quo ipso tecum, post excussa testimonia, agam fufius, ut ipsa veritatis vi, de manibus tuis extorqueam Bucere, quod tu iactas firmissimum, & inexpugnabile. Nunc venio ad Gregorium à me plenè & integrè citandum, ex hiis ipsis locis vnde has sententiâs excerpteras Bucere, ut quum per tuam versutiam & dolum malū, integer Lectori Gregorius editus non sit, quò minùs quid in causa sentiat, cognoscatur, ex integra Gregorii editione, quam ego præstabo fide bona, integrum te cernere liceat, nulla fide, nulla conscientia, nulla religione præditum, sed dolis atque mendaciis, quantus quantus es, factum, atque concretum. Sed audi Lector Gregorium, eodem in loco, à Bucero notato.

Admonendi sunt itaque cælibes, vt si tentationum procellas, cum difficultate salutis tolerant, coniugii portum petant. Scriptum nanque est, Melius est nubere, quàm vri. Sine culpa quippe, ad coniugium veniunt, si tamen nec dum meliora vouerunt. Nam quisquis bonum maius subire proposuit, bonum minus quod licuit, illicitum fecit. Scriptum quippe est: Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est regno cælorum. Qui igitur fortiori studio intenderat, retrò conuincitur respicere, si relictis amplioribus bonis, ad minima retorquetur. Ad hunc modum claudit Gregorius cap. 28. sui operis de pastorali cura, vnde Bucerus, sententiam illam excerpendam putauit, (Admouendi sunt cælibes, vt si tentationum procellas, cum difficultate salutis tolerant, coniugii portum petant.) Quam sententiam solam ac seorsum positam, quis non interpretetur, ad causam, non quæ mecum proprie nunc agitur, sed illam Bucero cum suis comunem facere maxime, eandem verò in ipso Gregorio cum expositionis appendice explicatam, si quis legerit ipsum Bucero, cum tota, quam molitur cælibatus causa, omnino euertere. Qui sunt enim cælibes, à Gregorio admonentur coniugii, quod pro portu petat, in quem se recipiant, procellis tentationum agitati: adiicitur autem *τὸ ἐν τῷ β.* Melius est nubere, quàm vri. Atque hæc Gregorius in eorum numerum à Bucero relatus, qui idonei, veri & orthodoxi patres, verique & sancti cælibatus, veri & sancti

Impudentis est priorem sententiam se allegare, cum sciat se posteriori conuinci.

In hoc τὸ ἐν τῷ β. alluditur ad Bucero, qui dum scripturam pro se facere iacet, græca id voce quæ latina, refertur maluit.

afferto-

-omnibus

iii

assertores prædicantur. Quid porro Gregorius?
 Sine culpa quippe ad coniugium veniunt. Hactenus profecto, ferendus Bucero Gregorius. Sed sequitur in eodem: Si tamen, necdum meliora voverunt. Et pergit: Nam quisquis bonum maius subire proposuit, bonum minus, quod licuit, illicitum fecit, & huic adeo addit etiam Gregorius τὸ ἤνθρωπος: Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est regno cælorum, cui deniq; illud ab eodem Gregorio, pro clausula subiicitur: Qui igitur fortiori studio intenderat, retrò conuincitur respicere, si relictis amplioribus bonis, ad minima retorquetur. Ne mihi in hiis recensendis, credas Lector, sed ipsum inspicere Gregorium: neque enim postulo, ut in quo summa causæ communis versetur, fidei meæ sine teste credatur. Quid enim aliud scriberet Vintonien. si sibi permitteret, in scripturis commentari, quod ad Bucerum cum symonistis evertendū, conducere arbitretur? Non omnibus qui cælibes sunt, portū coniugii permittit Gregorius, sed illis modò, qui non meliora voverūt. Quid hoc verbi est, voverunt meliora? explicat se Gregorius aperte. Nam quisquis (inquit) bonum maius subire proposuit, bonum minus quod licuit, illicitum fecit. Ergo in hominis potestate est, (siquidem Gregorio credimus,) portum quemque sibi ipsi coniugii eripere, hoc est, bonum minus, quod licuit, illicitum facere.

Bona

Bona verba. Qui verò illicitum homo faciat, quod Deus dedit liberum? Ne mecum hinc contendas Lector, qui Gregorium interim recito, non defendo. Si dubitas hæc scripsisse eum, ad eundem te relego. Scripsit profectò, hiis ipsis verbis, quæ recitavi. Itane verò coniugium illicitum est hiis qui vouerunt, etiam si procellas tentationum, cum difficultate salutis tolerant, siquidem Gregorii testimonium recipimus? Videtur sanè: nam sic verba habent, quibus etiam τὸ ἐπιθύμιο subiicit. Nemo (inquit) mittens manum ad aratrum & respiciens retrò, aptus est regno Dei. Quid ais Bucere, qui ingenium in numero habes, quomodo expedis? Ego si Gregorium citassem, vno verbo reiiceres, vt Romanensem, cælibatus & superstitionum authorem. Nunc verò quum sit à te istis encomiis ornatus, nempe idoneus & verè orthodoxus pater, veri & sancti cælibatus, verus sanctusque assertor, efficit profectò hoc tuum de homine elogium, vt te, qui ab hoc factis ne dum verbis dissentias, minùs verum, minùs orthodoxum, veri & sancti cælibatus, haud verum assertorem affirmemus. Num tu olim bonum cælibatus tibi proposuisti, & vouisti adeò, quod bonum est, maius Gregorio tuo? Effecisti ergo bonum minus illicitum, id est, coniugii portum præternauigasti, quem repetiisti tamen, Gregorii sententia, nihil deterritus. At hunc non legeras fortasse, aut parum faciebas quid ille diceret. Sit ita sanè. At hæc, qui consistant, postulo, vt
in ci-

Satis esse
causæ putat,
reiicere quod
uis, si Papi-
sticum esse
dicatur.

tuus

in citandis contra me authoribus, quem hominem illis elogiis ornare volueras, vt pro vero, sancto & orthodoxo videretur: eiusdem hominis, de eadē causa sententiam, & verbis negligeres & vita: Demosthenem in eo notatum legimus, quòd non loqueretur aliquando ipse secum. Sanctus verò propheta auditurum se profiteretur, quid in se loquatur Dominus Deus. Tu verò Bucere, quid agebas quum Gregorium legeres, tua coniugia apertè damnantem: quippe qui bonū minus, maioris boni voto reddideras illicitum, num audiebas? num intelligebas? vt si qua fide, si qua conscientia præditus esses, tuam vel de authoris ipsius elogio, vel de vitæ tuæ statu sententiã immutares, & quæ vitæ instituto improbasses apertè, saltè ne verborū elogiis sic cõmendaras, vt in alieno testimonio pferèdo, tu tui ipsius sis accusator, & iudex videaris. Nulla hic fingã Bucere lēmata, vt quiduis inferã, quod tu mihi obiicis: sed ex lēmatis manifestissimis, contexã animi causa hunc syllogismū. Vouenti cælibatū, coniugiū illicitū est, Bucerus vouit cælibatum, ergo Coniugium ei illicitū est. De Maiore ne quis dubitet, authorem habemus ab ipso Bucero, cum hoc elogio citatum, Gregorium verum, orthodoxum patrem: veri, sancti cælibatus, verum, sanctum assertorem. Minorem, quantumuis sit impudens, haud negabit Bucerus: sed causabitur, procellas tentationum: at istas nihil moratur Gregorius: siquidē antea voueras meliora. Siquidē

H voue-

Imò ex professo faciūt, ne vita verbis cõueniat, nisi cū flagitia sua pertinaciter defendant.

Expedi te Bucere ab hac Sophistica.

eo deductus sum, vt causam vniuersam, tū tuā, tum
 aliorū huiusmodi Gregorii iudicio improbatam, &
 dānatā videā, hominis tuo suffragio, veri, sancti, or-
 thodoxi patris, veri, sancti cælibat⁹ assertoris: idq; nō
 nudo p̄iudicio hominis, nō enerui sentētia conuici-
 entis, non infirmo decreto arbitrantis, sed animi sui
 motū, diuino cōfirmātis testimonio, nēpe hoc: Ne-
 mo (inquit) mittens manū suā ad aratrū, & adspiciēs
 retrò, aptus est regno Dei, vt Christiani sit hominis,
 in anteriora tendere, nō se retrò referre ad postero-
 ra, vt susceptum in hac vitæ militia locum, per igna-
 uitiā deserere videatur, quasi dicas, turpiter cedere, &
 dare hosti locum. Quam constat esse sententiam
 tui Gregorii, cum quo si neglectis elogiis tuis, eam
 litem institueres, quam mihi intendis de cælibatu,
 haud negaret (opinor) quod nec est à me vnquam
 negatum, maritum cælibis hominis munera obire
 posse, si ad exemplum nascentis Ecclesiæ, id tulerit
 necessitas, vt à bono minori, ad altius liceat
 ascendere. Idē tamē nō permittendū putaret, vt in-
 ferius bonū repetant, qui præterierūt, hoc est, ad ara-
 trum manū mittentes, respiciāt retrò, quod generali
 Ecclesię decreto permissum, nunquā reperies. Mea
 verò tecum cōtentio hæc est, non an maritus, pro-
 pria cælibis munera obire possit? sed an ex voto cæ-
 libi ad classem maritorum liceat deficere exemplo
 tuo, qui non semel à voto, sed vt minimum repe-
 tisti coniugium. Neque agitur tecum, quæ olim
 nobis

Nō quid ec-
 clesiæ nas-
 cētis neces-
 sitas ferat,
 sed quid de-
 cor domus
 Dei appro-
 bet, spectan-
 dum est.

H ii tolera-

toleravit Ecclesia, quæ dissimulavit, non vsquequaq;
 fortasse probanda eiusmodi, cum essent quæ haud li-
 cuit corrigere, aut quid in vno aut altero fuerit sine
 exemplo remissum aut prætermisum, *οὐδὲ γὰρ νόμος
 τῆς ἐκκλησίας τὸ σπένδιον* vt frustra virgeas historias, mi-
 nùs frequentes, & quod nascentis Ecclesiæ infan-
 tia per necessitatē admiserat. Illud docendum fuisset
 tibi, si ad scopum referre argumenta voluisses, licere
 ex voto cælibi coniugii portum, quem sponte præ-
 ternauigarat, repetere? & à proposito meliori bono,
 deficere? quæ quæstio est causæ cõmunis, & tua: in
 qua habes Gregorium et Hieronymum, testes tuos,
 bonos, locupletes, sanctæ et inculpatæ doctrinæ viros,
 veritatis elogiis à te meritò ornatos: cæterum tuæ
 vitæ, tuæ in hac parte doctrinæ acerrimos hostes, vt
 te ipso patrono, ac tuorum testium testimonio, vi-
 ctus, superatus, deiectus iaceas, nulla mea opera, sed
 tua, quod in initio professus sum, me admonitu-
 rum. Certè in hac quæ agitur quæstione, Grego-
 rius non à dono, cuius nullam facit mentionem: sed
 à voto, cuius disertè meminit, coniugium tibi decre-
 uit illicitum, nec à Dei dono quod latet, quicquam
 definiendum censet: sed à voto quod patet, æsti-
 mandum, num liceat petere coniugii portum: sed
 in re manifesta, quid ago pluribus? Superest Bernar-
 dus, qui si me, tam re præmeret quàm nomine, haud
 tibi quicquam respondissem Bucere, sed dedis-
 sem manus. Me enim moueret plurimum Bernardi
 auctori-

authoritas, quem virū Dei sanctum (quod sine aliorum contumelia dictum sit) id quod non semel facis, meritò appellaueris. Quo etiam magis te censeo accusandum, qui tantum virum audeas producere mutilum, quò verbis illius ore tuo impuro arrosis, in diuersam ab illius sensu sententiam, inritum rapias, & repugnantem. Nempe quid ait Bernardus, prolatus integer? profectò quod Buceri sententiam improbet. Tu Lector, lege totum illud caput 29. ego eas modò sententias exprimam: quarum altera, id quod Bucerus ex eodem citauit, præcedit: altera subsequitur, quæ omnes sententiæ coniuncte, quid senserit sanctus pater, planum faciunt & manifestum. Sic ergo habet Bernardus. Vtinam magis turrim inchoaturi, sedentes computarent, ne fortè sumptus non haberent ad perficiendum: vtinam qui continere non valent, perfectionem temerariè profiteri, aut cælibatui dare nomina vereantur. Sumptuosa siquidem turris est, & verbum grande, quod nō omnes capere possunt: Effet autem sine dubio meliùs nubere quàm vri, & saluari in humili gradu fidelis populi, quàm in cleri sublimitate, & deterius viuere, & districtius iudicari: Hactenus Bernardus, qui integre relatus, haud obscure loquitur, sed se ipsum illustrat sententiis illis, quas non putauit Bucerus proferendas. Arrodit Bucerus verba illa Bernardi, quum dicat, non omnes capere possunt: atque id quoque censuit in marginē referendum (Non omnes

Bernardus
ad Clericos
cap. 29.

Quicquid ob-
uū est, etiā
si sit cōtra-
riū sibi arri-
pit Bucerus
egregius pu-
gnator.

caperè possunt) Alioqui verò, præter hanc marginalè annotatiunculã, nihil de Bernardo dicendũ putauit Bucerº, neq; in illo prætereà quicq̃ admonedũ, quasi hocvno dicto totũ quod vult Bucerus, oĩno confirmasset: cuius dicti, quæ sit vis, videamus. Bernhardus scribit, non omnes posse capere: hoc est, rem notat sic euenire: quemadmodum enim

τὰ καλὰ χαλεπὰ καὶ τὰ ὀρθὰ σπάρια, id quod Christus expressit, quum diceret: Non omnes capiunt verbum hoc.

Imò (inquit Bucerus) alia vi verborum Bernhardus, qui omnes non posse capere, disertè scribit, quod grauius est, quàm omnes nõ capere.

Non posse, interpreta-
tur.

Nasianzenº.

Quid si doceo hiis verbis (non posse) vel difficultatem notari, vel (vt ita dicam) nolentiã, num frango vim annotationis tuæ?

Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Potest tamè, vt Gregorius in secũdo *περὶ βίου* opere, annotauit: sed difficulter. Non potuit Christus operari miracula, propter incredulitatem eorũ,

ἢ οὐ δύνατον, inquit Gregorius *ἢ οὐ βούλησιν*. Et non potest vos mundus odio habere: quæ cum ita sint, tamen Bucerus sic vrget vocabula (non posse) quasi non possint aliter quàm ipse velit, significare.

do huius
ma. no. un
-tudo in n
-tra illi su
-tudo in n
Bernardus.
701113

Sed præstat audire Bernhardum ipsum, vt vnde non possint omnes capere, quod mihi cum Bucero, controuersum est, ex ipsius testis sententiã, intelligamus: cuius hominis verba à Bucero suppressa, ego profero.

Vtinã (inquit) turrim inchoaturi, sedentes cõputarent, ne fortè sumptus nõ haberent ad perficiendum.

Alludit

capere

in n

Alludit Bernhardus ad euangelicam parabolam, & alloquitur inchoaturos cælibatus turrim, vt sedentes cõputet, ne forte sumptus nõ habeat ad perficiendũ: quã sententiã Hieronymus propriis verbis extulit, vt vnusquisque consideret vires suas, vt vnde non possit quisque in sua inopia excutienda, & quærat & agnoscat, non in Dei diuitiis pendendis, ratiocinetur. Sumptuosa est turris (vt inquit Bernhardus) ne quis rem leuẽ & facilem factu putet, & quã oes præstare non possunt, opus videlicet aggressi, non inita prius ratione, quid ferre velint humeri, quatenus laborare, quatenus cõtendere, ne turpiter in progressu, viribus defecti, retrocedat, regno Dei inepti, secundum Gregorium. Ergo, nõ posse omnes, fatendum est, sed ab inopia eorum, qui sumptus nõ haberent ad perficiendum, quod in aperto est, vnde ratio duci potest: non (vt Bucerus vult) à contracta Dei munificentiã, quasi non nisi destinatis & electis dare decreuerit, quod in occulto est, id quod docendum erat Bucero, ne de suo id cerebro finxisse videretur: de quo non modò in testibus summum silentium, sed causam in contrario latere tam dilucidè agunt, vt qui suo testimonio Bucerum adiuuarent, non ab illo accersiti, sed in illum producti viderentur. Etenim quàm multa habet hinc vir Dei Bernhardus Gregorio consona in ratione cælibatus: Deterret quidem inchoaturos, ne qui continere non valeat, temerariè profiteantur, aut cælibatui dent nomina.

Si de-

Qui ambulat in tenebris, nescit quò vadit.

Significan-
ter admo-
net quid ef-
fet melius,
ne nūc quo-
que idē li-
cere putēt.

Vide quā
conueniant
testum do-
ctrina, & vi-
ra Buceri
testantis.

Si dederint autē, non dicit, melius est nubere quā
vri, vt post votum, dicat licere coniugium: sed sic lo-
quitur, quod te Lectorem celauit Bucerus. Effet sine
dubio (inquit Bernhardus) melius nubere quā vri,
& saluari in humili gradu fidelis populi, quā in cleri
sublimitate deterius viuere, & districtius iudicari.
Atquē istis promiscuē dat vxores Bucerus, quæ ipsæ
vxores in illa cleri sublimitate famulētur maritis, nec
deiciāt inde gradu, quasi retrò per illas cessisse vide-
rētur. Noua etenim ratione, & à quibusdam in rudi
vetustate, necessitatis exemplis confirmata, maritos
in ista cleri sublimitate, Bucerus collocat, tam fir-
mo gradu adeò, vt nullo succedentium vxorum nu-
mero queant deturbari. Qua in re, tam factis con-
sentit Bucerus suis testibus, quā illis in doctrina
conueniat cum Bucero. Et tamē hominis confiden-
tiam videtis, atque nominibus citandis tantorum
virorum, & obscurandis eorum dictis, impuden-
tiam singularem. Eat nunc Bucerus. & spiritus,
qui in illo latet, quanquam non latet etiam, sed cuius
mille tabulæ, quæ exhibeantur, si res exigat, extent,
huius (inquā) spiritus, in interpretandis scripturis
fidem & auctoritatem arroget sibi, cui in iis renun-
ciandis non est religio mentiri, quæ ipsa inspectione
argui & reprehendi possunt. Fit interdum, vt homi-
nes vereatur, qui contemnit Deum. Qui verò eo-
usque impotentia fuerit prolapsus, vt fratrum, quos
videt, conscientiam, in aperto mendacio negligat:
næ is

næis Deum, quem ducit absentem, haud magni facit, vt diuino timore deterreatur à mendaciis.

Itaque te oro Lector, quoniam non erit neceffe ad singula respondere, vt quibus id locis, de iis quæ tanquam à me aut dicta, aut scripta, Bucerus obiicit, quæque de suo spiritu in enarrandis scripturis refert, eam illa apud te fidem obtineant, qualem horum testimoniorum ab eodem tractatio, promereatur.

Si in hiis, bona fide versatus sit, quin ei credatur in cæteris, non recuso: sin hîc prostituit fidem suam, & malo more se gesserit impudenter, ea suo merito notetur ignominia, vt quod ab illo fluxerit, manauerit, minus id syncerum, & mendacio corruptum habeatur, nisi si rei alicubi perspicuitas, ab ipso se errore, vindicauerit. Habes nimirum in hoc homine, exemplum rarissimum vanitatis. Lector, vt qua in causa, nullum suæ sententiæ assertorem habeat, fateatur autè ex aduerso nonnullos stare: audeat tamen ex locupletissimis & maximi nominis inter Latinos patribus, quinarium numerum nominare in testimonium, vt patres committat qui cõsentiunt maxime, rem porrò claram & dilucidam, multis annorum centenariis, in hæc vsque tempora certam, controuersam reddat, & litigiosam: de qua in vniuersum causa cælibatus, cuius me facit patronum Bucerus, consonantia orthodoxorum patrum testimonia subiiciam, nõ lacerata aut mutila, néve à me, tanquam interprete prolata, hoc est, meis verbis

I reficta,

Vanitas Bucerus in hiis apertis, sit argumentum occultorum quæ de suo spiritu profert.

reficta, & cōcinnata, sed verbis relata suis exprimam,
atque ea perpetuo tenore contexta, quò magis id
sonent auribus tuis, quod ipsa veritatis consonan-
tia referet, ab ipsis authoribus expressa & edita. In
quibus recensendis non ero ambitiosus tamen, ne
quem prætermittam: sed maximos quosque retu-
lisse contentus, tibi in cæteris haud ero molestus.
Incipiam autem ab Origine.

Origines super Mattheum, Famil. 7. 22. 23.



Videnu hęc
in nostra tē-
pora compe-
tant.

Volenti & pe-
tenti datur
donum ca-
libatus.

On omnes capiunt hoc verbū, sed qui-
bus datum est. Quoniam autem quidam
calumniantur, quod Christus ait: Quibus
datum est, quasi excusationem habentes,
& volentes quidem esse in castitate, non autē præ-
ualentes. Quibus est respondendum: Si quidem
accipimus simpliciter quod dictum est, Sed quibus
datum est: non autem attendimus quod alibi dicit,
Petite, & dabitur vobis: & omnis qui petit, accipit:
aut fideles non sumus, aut scientes scripturas: qui
enim vult capax esse verbi, quod de castitate positū
est, petat credens dicenti, & accipiet, non dubitans
de illo quod dictum est: Omnis qui petit, accipit.
Quis est ergo qui petit? Qui credit Christo dicen-
ti. Si steteritis orantes, credite, quoniam accipietis.
Debet autem qui petit, omnia facere quantum ad se,
ut oret spiritu, oret & mente, memor Apostolici
verbi quod ait, Sine intermissione orantes: vtile
est autem & scire quid debeat petere quis, ut me-
reatur

reatur accipere. Et quod ait, dico vobis, etsi non dabit ei surgens, propterea quod amicus est eius: tamen propter importunitatem eius dabit ei quantos voluerit, et addit: Et ego vobis dico. Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur, hæc Origines.

Chrysostomus super Matthæum,

Cap. 19.

NON omnes capiunt, sed quibus datum est.) Ita rem extulit, præcipuamque ostendit, & hac ratione attraxit, atque hortatus est. Sed perpende repugnantiam magnam: ipse arduum id esse confirmat: illi verò paruum ac facile, vtrunque certè commodè factum. Nam cum ab ipso magnum esse confirmetur, instructiores, paratioresque fiunt qui hoc desiderant. Cunque à verbis eorum facile esse videatur, hac ratione ad eligendam continentiam atque virginitatem proniores redduntur. Nam quibus ad perpetuam hortari virginitatem, arduum atque durum videtur necessitate legis in cupiditatem virginitatis impellit. Possè autem nos perpetuam seruare continentiam ostendit dicens. Sunt eunuchi qui ex ventre matris ita nati sunt: & sunt qui ab hominibus facti sunt: & sunt, qui seiplos castrauerunt propter regnum cælorum. Hiis omnibus

I ii ad op-

Hunc videtur sequitur Hieronymus, explicans illud Mat. 19.

* intulit

Potètia nostra capessendi cælibatus donum.

obey d'ull
Samp' t'ur
P'ncip' illi
- li d'ull
et. mal' bul

Non à Dei
dono, sine
quo nihil fit
sed à nostro
pposito bo-
no, quod
Deus pro-
mouet, hor-
tatur ad cę-
libatum.

al' m' i :

Procl'is no-
- l'it' c'p'it'
- l'it' c'p'it'
- l'it' c'p'it'

ad optandam eligendamque virginitatem inducit:
possibile namque id esse hominibus, hoc ferè modò
confirmat. Cogita tecum si aut à natura eunuchus
esses, aut iniuria hominum sic effectus: quid faceres
cùm & huiusmodi voluptate careres, & nullam ca-
rendo mercedè consequeris? Gratias igitur Deo
agas, quia magna præmia rutilantesque coronas ha-
bebis, si ita viues, quemadmodum sine aliquo illi
præmio: imò verò multò facilius tutiùs atq; iucun-
diùs: tum quia spe retributionis corroboraris, tum
quia conscientia virtutis gaudes: & ad hæc non ita
ingentibus cupiditatis fluctibus iactaris. Non enim
sic amputatio membri, quemadmodū rationis fræ-
num, imò verò sola ratio huiusmodi fluctus cõpri-
mit, & in tranquillitatis portū, animum reducit: id-
circo igitur illos recensuit, vt hos vehementiùs ex-
hortaretur: nisi enim huc tenderet, ad quid aliorum
fecisset eunuchorum mentionè? Quando autè dicit
eunuchos se fecerunt, non de abscisione membro-
rum dicit, sed prauæ cogitationis interemptionem
intelligit. Nam qui membrū incidit, maledictioni
subiectus est, vt Paulus ait. Vtinam abscindantur,
qui nos conturbant, neque iniuria. Nam cùm ho-
miciidæ opus id esse videatur, & Dei creaturæ aperte
detrahit, Manicheorum ora recludit, & eandem qui
hoc agit iniquitatem committit, quam qui apud
gentes mutilantur. Diabolicæ nanq; membrorum
incisio, inuentionis opus à principio fuit, vt operi
diuino

gob's

ii

diuino detraheretur, vt rationale animal læderetur, vt non voluntati, sed membrorum naturæ vniuersa re attributa, largas sibi ad peccandum homines portas referant, ac ita dupliciter læderentur, tum quia membris suis carerent, tum quia voluntatis ad bona inclinatio reprimeretur. Quæ omnia ex lege diabolica sunt, qui ad ea quæ dicta sunt, via quadam progrediens, perniciosum illud fatalis rerum necessitatis dogma introduxit. Ita vndique datam nobis libertatem diuinitus, vitia esse suadens, euellere conatur, multaque alia hinc pestifera dogmata occultius seminat. Talia quippe sunt diaboli perniciofa venena: quare oro, atque obsecro, fugiatis hanc abstinendi nequitiam. Ad ea enim quæ dicta sunt, accedit, quòd nec cupiditatis incendia mitigantur, sed grauiora, inflammatoraque redduntur. Alii nanque sunt fontes spermatis hominū, ac aliundè certè prorumpunt, quidam à cerebro, quidam à lumbis illum inquietissimum Asylum proficisci contendunt: ego verò non aliundè dixerim, quàm à lasciuiam mentis & cogitationis neglectu: Quippe modestia mentis facit, vt naturales motus nullum afferant detrimentum. Cùm ergo de hiis eunuchis dixerit, qui nisi etiam ipsi mente se contineant, frustra & incassum tales sunt, ac de his qui, vt cœlos nanciscantur, se continent, subiunxit rursus dicens: Qui potest capere, capiat. Ita magis animat, atque incedit, vel quia magnitudinē virtutis ostēdit, vel quia inæstimabili misericordia

Pernicio -
sum neces-
sitatis do-
gma.

abscindendū

Continētiae
finis, assequi
cœlum.

Quod Chry-
sostom' in
terpretatur
relictū ele-
ctioni no-
stre, id Buce-
rus totū re-
fert ad de-
cretū Dei.
Abhorret à
necessitate
doctrina pa-
trum.
Datur eligē-
tibus cæli-
bat' donū.
Dei auxiliū
paratū om-
nibus, etiā
in cælibatus
dono.

* at
Interpreta-
tio verborū
(q̄b' datū.)

Posse cape-
re, id ē, velle
capere.

fericordia sua noluit rē in necessitatē legis cōcludere. Et ad hæc possibile id esse monstrat, vt eligendi cupiditas crescere possit: sed si electionis opus est id, inquit, quomodo incipiens statim dixit: Non omnes capiunt, sed quibus datum est? vt singulare id esse certamen perdiscas, non vt forte datam necessitatem suspiceris. His enim datum est, qui sponte id eligunt: quod ideo dixit, vt ostenderet superiore nobis auxilio esse opus, quod quidem omnibus paratum est, si volumus in hac luctatione superiores euadere. Solitus quippe est, quodocunque res ardua proponitur, hoc vti modo dicendi: vt etiam quando dicebat: Vobis est datum nosse mysteria regni cælorum, quod maximè ita esse præsentī loco approbatur. Nam si datum solummodo superius est, * aut nihil penitus qui se in perpetua virginitate conseruant, conferre videntur, superflue ipsi regnum cælorum pollicetur, nec meritò à cæteris eunuchis distinguit: Haftenus Chrysof.

Idem in opere imperfecto, Cap. 19.

NON omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est: Non dixit, non omnes possunt: sed, non omnes capiunt: id est, omnes quidem capere possunt, sed non tamen omnes capere volunt. Palma proposita est. Qui concupiscit gloriam, non cogitat de labore. Nemo vinceret, si omnes periculum pugnae timerent. Ex eo quod quidam non possunt, & à proposito continentia cadūt,
non

non debemus circa virtutem castitatis fieri pigriores: si enim quidam in pugna cadentes non exanimant cæteros, sed dicunt illis sic datum fuisse, rem non applicant pugnae, sed homini: quanto magis nos cadentium negligentiae imputare debemus, non difficultati virginitatis. Quod autem dicit: Quibus datum est, non hoc significat, quoniam quibusdam datur, quibusdam non datur: sed illud ostendit, quia nisi auxilium gratiae acceperimus, nihil ex nobis valeamus. Quoniam autem volentibus gratia non denegatur, in Euangelio Dominus dicit: Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. Debet autem voluntas præcedere, & sic sequitur gratia. Nam nec gratia sine voluntate aliquid operatur, nec voluntas sine gratia potest. Nam & terra non germinat, nisi pluuiam susceperit, nec pluuia fructificat sine terra.

Quid dici
apertius in
Buceru potest?

Idem ad Theodorum Epistola 6.



Onum quidem nuptias, & ipse cōfiteor. Honorabiles inquit nuptiæ, & cubile immaculatū: fornicatores autē & adulteros iudicat Deus: sed te iā seruare nō cōuenit priuilegia nuptiarū. Angelorū enim societate semel iunctū, illud relinquere, & vxoris laqueis implicari, adulterii crimen incurrere est, quamuis frequenter hoc ipsum nuptias voces, ego tamen & adulterio illud

Nuptiæ post
votum pro-
hibitæ.

Cōsentit cū
Augustino
de bono vi-
duitatis.

illud tanto peiùs affirmo, quanto maior ac melior mortalibus Angelus: neq; vllus tibi fortè persuaserit, dicens: Nihil de non accipienda vxore Dominus præcepit. Nec me ignorare confiteor, quòd adulterium interdixit, non nuptias vetuit: verù in te adulterii nomen accipiet, si volueris vnquam, quod absit nuptias cogitare, & quidem mirum, si nuptiæ tales, quibus offenditur Deus, adulterio comparantur? maius longè audies. Homicida iustorum laude donatur, & misericors plùs quàm homicida punitur: quoniam hoc vetante fit Domino, illud volente. Et Phinees quidem ad iustitiam reputatum est, quòd impudicù cum turpi scœmina virum vno gladio percussisset. Saulem autem Samuel sanctus Dei in luctibus, lachrymis, præcibusq; pernoctans, damnatione, cui illum addixerat Deus liberare non potuit: quomodo hostium ducem, quem debuerat trucidare, inuito parcendum credidit Deo? Cùm hæc ita sint, stupere desiste: si nuptiæ peiores adulterio indicantur, quoties Christus offenditur? Atque vt illud repetam, quod in principio posui epistolæ, si militiæ vincula non tenerent, quis tibi desertionis crimen obiiceret? Nunc autem nihil in te penitùs tui iuris est, quippe qui tanto Imperatori militare cœpisti. Nam si mulier proprii corporis non habet potestatem, sed vir, multò magis hi qui Christo potiùs quàm sibi viuunt, conditionem corporis sui habere nõ possunt. Iste, qui nùc Theodore conténitur,

ipse

ipse tunc sine dubio iudicabit.

Augustinus de gratia & libero arbitrio, Cap. 1.



Hinc autem Domino loquenti cum dixissent discipuli: Si talis est causa homini cum vxore, non expedit nubere, respondit eis, non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est: Nunquid non liberum arbitriū Timothei est exhortatus Apostolus, dicēs, contine te ipsum? & in hac re potestatem voluntatis ostendit, vbi ait: Non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis, vt seruet virginem suam, & tamē non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est: quibus enim non est datum, aut nolunt, aut non implent quod volunt: quibus autem datum est, sic volunt vt impleant quod volunt. Itaque vt hoc verbum, quod non ab omnibus capitur, ab aliquibus capiatur, & Dei donum est, & liberum arbitrium. De ipsa quoque pudicitia coniugali, nempe Apostolus ait. Quod vult faciat, non peccat si nubat, & tamen etiam hoc Dei donum est, dicente scriptura: A Domino iungitur mulier viro. Ideo doctor gentium, & pudicitiam coniugalem per quam non fiunt adulteria: & perfectiorem continentiam, per quam nullus concubitus quæritur, sermone suo commédans, & hoc & illud donum Dei esse monstrat, scribens ad Corinthios, & admonēs coniuges, ne se inuicem fraudent: quos cum admonuisset, adiecit: vellē autē omnes homines esse sicut me ipsum,

K quia

Doctrina
hac quàm
dissidet à
Bucerana?

Liberum ar-
bitriū, in ca-
piēdo donū
cælibatus.

quia utique ipse ab omni concubitu continebat, & continuo subiunxit: sed vnusquisque proprium donum habet à Deo, alius sic, alius autē sic: Nunquid tam multa quæ præcipiuntur in lege Dei, ne fornicationes & adulteria committantur, indicant aliud quàm liberum arbitrium? Neque enim præciperentur, nisi homo haberet propriam voluntatem, qua diuinis præceptis obediret, & tamen Dei donum est, sine quo seruari castitatis præcepta non possunt. Vnde ait ille in libro sapientiæ: Cùm scirem quia nemo esse potest continens, nisi Deus det: & hoc ipsum erat sapientiæ, scire cuius esset hoc donum: Vt autem ista non seruentur castitatis sancta mandata, vnusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus, vbi si dixerit: volo seruare, sed vincor à concupiscentia mea, respondit scriptura libero eius arbitrio, quod iā superius dixi: Noli vinci à malo, sed vince in bono malum: quod tamen vt fiat, adiuuat gratia, quæ nisi adiuuerit, nihil lex erit, nisi virtus peccati. Augetur enim concupiscentia, & maiores vires accipit lege prohibente, nisi adiuuet spiritus gratiæ: hæc Augustinus.

Idem de bono viduitatis, Cap. 11.

Nuptiæ non
licent hijs,
qui voue-
runt.



Vapropter non possum quidem dicere à proposito meliore lapsas, si nupserint, sceminas, adulteria esse, non coniugia: sed planè non dubitauerim dicere, lapsas & ruinas

& ruinas à castitate sanctiore, quæ vouetur Deo, adulteriis esse peiores. Si enim, quod nullo modo dubitandum est, ad offensionem Christi pertinet, cum membrum eius fidem non seruat marito: quâto grauius offenditur, cum illi ipsi non seruatur fides in eo, quod exigit oblatum, qui non exegerat offerendum? Cùm enim quisque non reddit quod non imperio compulsus, sed consilio commonitus vouit: tanto magis fraudati voti auget iniquitatem, quanto minùs habuit vouendi necessitatem. Hæc ideo disputo, ne arbitreris vel secundas nuptias crimen esse, vel quascunque nuptias, cùm sint nuptiæ, malum esse: Non itaque illas abs te damnatas velis esse, sed spretas: Bonum ergo continentiae vidualis luculentius decet, cùm pro illo vouendo & profitendo possunt contemnere fœminæ, quod & libet & licet. Sed post voti professionem, perseveranter frænandû et vincendum est, quod libet, quia iam non licet.

Idem Cap. 16.

QVa in re priùs illud moneo, vt quantamcumque tibi inesse sentis piæ continentiae dilectionem, beneficio Dei tribuas: eique gratias agas, qui de spiritu suo tibi tantum largitus est, vt eius in corde tuo charitate diffusa, licitè rei licentiam tibi amor melioris boni * auferat: donauit enim, ne liberet nubere cùm liceret,

Licitorum
vsum auferimus nobis
ipsis.
* auferret

K ii vtiam

vt iam non liceret etiam si liberet, & ex hoc firmius non liberet, ne fieret quod non liceret, quod factum non est, etiam cum liceret, tantaque merereris vidua Christi, vt filiam quoque videres virginem Christi. Dum enim tu oras, sicut Anna, facta est illa, quod Maria.

Cælibatus
donū impe-
tratur pre-
cibus.

Idem de adulterinis coniugijs, Cap. 15.



Ed ea que in his talia sunt, vt quauis sint licita, non expédiant: non in eis dici potest, bonū est hoc, sed illud melius, sicut dictum est, Qui dat nuptum, bene facit, & qui non dat nuptū, melius facit: Ibi enim vtrunq; licet, & hoc aliquando, aliquando illud expedit. Nam illis qui se non continent, vtique expedit nubere, & quod licet, expedit. Quæ autē vouerint continentiam, nec licet, nec expedit.

Quid ad hæc
Bucerus?

Hieronymus contra Iouinianum, Lib. 1.

Sed & ipsa Episcopalis electio mecum facit. Non enim dicit, eligatur Episcopus, qui vnā ducat vxorem, & filios faciat: sed qui vnā habuerit vxorem, et filios in omni subditos disciplina. Certè confiteris nõ posse esse Episcopū, qui in Episcopatu filios faciat: Alioqui si deprehensus fuerit, non quasi vir tenebitur, sed quasi adulter dānabitur: Aut permittite sacerdotibus exercere opera nuptiarū, vt idem sint virgines, quod mariti: aut si sacerdotibus non licet vxores tangere, in eo sancti sunt, quia imitantur pudicitiam virginalem. Sed & hoc inferendum: Si
laicus

Diluat Bu-
cerus hæc in
suo teste Hi-
eronymo.

laicus & quicumque fidelis orare non potest, nisi careat officio coniugali: sacerdoti, cui semper pro populo offerenda sunt sacrificia, semper orandum est: Si semper orandum est, ergo semper carendum matrimonio. Nam & in veteri lege qui pro populo hostias offerebant, non solum in domibus suis non erant, sed purificabantur ad tempus ab vxoribus separati, & vinum & ficeram non bibebant, quæ solent libidinem prouocare: Eliguntur mariti in sacerdotium, non nego, quia non sunt tanti virgines, quanti necessarii sunt sacerdotes. Nunquid quia in exercitu fortissimus quisque eligendus est, idcirco non assumuntur & infirmiores, cum omnes fortes esse non possint? Si exercitus viribus tantum constaret, & non etiam numero militum, abiicerentur imbecilliores: Nunc & secundarum & tertiarum virium gradus assumitur, ut turba & numero, exercitus compleatur.

Idem in Apologia contra Iouinianum.



Ligitur ut dicere cœperamus, Christus virgo, virgo Maria, vtriusque sexus virginitatem dedicauere: Apostoli, vel virgines, vel post nuptias continentes, Episcopi, presbyteri, diaconi, aut virgines eliguntur aut vidui, aut certe post sacerdotium in æternum pudici.

Aut detrahat Hieronymi elogio Bucer, aut concedat doctrinæ.

Basiliius de vera virginitate, interprete Ambrosio

Carnaldulense.

Non se fallat* qui à virginitatis curriculo ad carnis vitia deflexit. Coniugium quippe illi in
K iii peccatū

peccatum reputabitur: primùm quidem, quia pessimum coniunctionis huius fundamentum voluptatem iecit, præuaricationisq; malum: deinde quia causa non esset libera: neque enim mortuus est vir eius, vt cui vult nubat, viuentem immortali viro, meritò censetur adultera, quæ mortalem hominem ob carnis vitia Domini thalamis intulit. Nam quod solenne, legitimumq; connubiũ sponsus ille occuparit, et virginittatis habitus, et fœdera et conuenta cum illo, & præterea processus ipse testatur: huiusmodi quippe nobilitata viro, processit in publicum. Si enim paternis ædibus non prius virgo progreditur, quàm legitimo fuerit coniuncta viro, * vt eius * & Domini & vitæ suæ ducis, ac moderatoris titulo inscripta, paterna iam prodeat domo, & virgo igitur ea ratione processit paternis thalamis, vt inscripto sibi sponso legitimo, eius iam titulis honestata, & sub ipsius constituta regimine, procedat in publicum: Sin autem processionis illius testes sunt, qui procedentẽ viderunt, & iidem profectò testes erunt, cui coniuncta & cuius titulis inscripta viri, paternis laribus processit in medium. Porro si connubium istud, & processu & testibus, cunctis deniq; iudiciis illustre, & apertũ est, nec est vir ei⁹ mortuus, mœchatur, quæ eiusmodi admittit scelus viuente viro semper adultera, imò quia fruendæ voluptatis causa impudicè lasciuit meretrix: quia verò viuunt eius vir, nefario scelere p̄batur adultera. Nec fanè video qua ratione,

* &
* vt
De virgine
sacra loquitur,
quæ oĩ
etiã publicè
ad templũ p̄cedens,
velabatur ab
Episcopis.

imò

imò quo sacrilegio, ipsa pro immortali viro Dei filio, mortalem hominem in malum suum ambire præsumat, ante viri oculos in ipsum impuris ac nequissimis semper amplexibus impia: quo item furore homo ille cubile Domini conscendere, ac violare non metuat, nempe ex rebus humanis, eiusmodi flagitiosorum supplicia coniiicere, & æstimare facile possumus. Quæso, quo cruciatu digna censeatur mulier, quæ nobili coniuncta viro, seruo suo seipsam violandam impudicè substerneret, ac seruum insidiosè nequiterque Domini toris inueheret? Quo item seruus ille damnandus examine, qui dominæ suæ dominiq; cubili se concitatus libidine adeò petulanter immiscuit? Sed enim vafræ istæ quid faciunt, quæ tantum impietatis contra se ipsas per carnis flagitia admittere nõ timuerunt? Nõ modò nõ lachrymantur aut ingemiscunt, vt vel lachrymis remittat peccatũ suũ, mitioresq; suscipiant pœnas, verũ virginitatẽ quoq; quã antea p̄fessẽ fuerat, abnegat. Quippe virginitatis limites trãsgredi, vt voluptatib⁹ inferuiatur, turpissimũ esse, plenũq; dedecoris nõ ignorãtes, huiusmodi negatione, maiore scilicet scelere, virginitatẽ solari sese arbitrãtur amissam, homines miserè & infeliciter eligunt, sub quibus ad excusationem præuaricationis abnegent, quod fuerant antè pollicitæ: nec Dominũ metuũt, cum quo fœdera castitatis inierant, cuique dederat dextras, eò quòd in malorũ profunda deciderit.

Igno-

Ignorant misere, quia & apud Deum et apud homines contra se crimen exaggerant, cum hi quidem ex præcedente, cunctisq; cognito virginitatis instituto, quod ille se professas esse negant, earum vesaniam summamque impudentiam auersentur, atque oderint. Christus verò præter violata virginitatis fœdera huiusmodi negationem, quam vice pœnitentiæ in patrocinium criminis sumunt, acrius ac seuerius suo
 * illas * illo iudicio vindicet: Itaque ne specioso charitatis nomine, virgo in hoc peccati barathrû corruat, charitatem puram, omnique mortali affectione liberam sumat, neque enim prolapsæ ad voluptatem quicquam ad excusationem proderit, umbra solatiumque connubii, neque viuentem virum sub prætextu coniugii non soluta circumuenire aut fallere poterit, cui mortalem hominem post eximios illos, quos ab eo perceperat honores, impiè per adulterii nefas in * honorem prætulit. Nec sanè incongruè hiis qui sunt eiusmodi, illud Apostolicum aptari potest. Quoniã cû fornicatæ à Christo fuerint, nubere volût, habêtes damnationẽ, quoniã primam fidẽ irritã fecerunt, nõ coniugiũ, sed adulteriũ malè consummãtes: hæc Basilius, qui etiam plura in hanc sententiam ibidem addit, quæ referre longum est.
Idem Basilius in sermone, quomodo amittimus imaginem Dei Vuolfgango musculo interprete.

PRoinde si characterem animæ nostræ secundum similitudinem Dei per affectionum alienationem or-

nem ornare cupimus, vt per hunc vitæ quoque perpetuitatem acquiramus, attendamus nobisipfis, ne, quo pacto, quod professione nostra fit indignū, facientes, incidamus in iudicium Ananiæ. Erat enim primū in potestate Ananiæ, non polliceri Deo veditū agrū: verū posteaq̄ humanā gloriā spectās, agrū Deo per promissionē cōsecrauerat, ita vt liberalitatis gratia celebris redderetur apud homines, vbi de precio illius aliqd suffuratus est, talē cōtra se mouit Domini indignationem, cuius minister erat Petrus, vt neque ad pœnitētiā aditum inuenerit. Ad hūc itaque modum, ante professionem grauis ac religiosæ vitæ, liberum est volenti iuxta concessam & legitimam viuendi rationem, coniugio sese tradere: eū verò qui sese iam propria professione obstrinxit Deo, se conseruare conuenit, tanquam anathema quoddam sacrum: ne sacrilegii sese iudicio reddat obnoxium, si corpus per promissionē Deo consecratum, denuo communis vitæ seruitute polluat.

Ambrosius 1. Thimoth. 3.



A quæ min^o dixerat de ordinatione diaconatus, nūc subiecit: ostēdit etiam istos vnus vxoris viros esse debere, vt hi ad ministeriū Dei eligantur, qui nō egressi constitutum Dei: homini enim vnā vxorem decreuit Deus, cū qua benedicatur. Nemo enim cum secunda benedicatur. Qui si filios bene gubernauerint, & domos suas, id est vernaculos aut domesticos

L poterint

Distinctio
tēporū, quæ
confundit
Bucerus, qui
etiā nūc cō-
petenter di-
ci putat (Nō
est bonū ho-
mini esse
soli.)

poterint digni fieri sacerdotio, & fiduciam habere apud Deum, & sciant se posse impetrare quod postulant, iam de cetero se ab usu fœminæ cohibentes. Veteribus enim idcirco cōcessum est Leuitis aut Sacerdotibus vxores ad usum habere, quia multum tempus ocio vacabant à ministerio aut sacerdotio. Multitudo enī erat Sacerdotū, & magna copia Leuitarū, & vnusquisq; certo tēpore seruiabat diuinis cēremoniis secūdum institutū Dauid: hic enī viginti et quatuor classes constituit sacerdotū, vt vicibus deseruirēt. Vnde Abia octauā classē habuit, cuius vice Zachariasungebatur sacerdotio, sicut continetur in Paralipomenō, ita vt tēpore quo nō illos cōtingebat deseruire altari, domorū suarū agerēt curā: at vbi autē tēpus imminebat ministerii, purificati aliquātis diebus accedebāt ad tēplum offerre Deo. Nunc autem septē diaconos esse oportet, aliquātos pręsbiteros, vt bini sint per ecclesias, et vnus in ciuitate episcopus, ac per hoc omnes à cōuentu fœminę abstinere debere, quia necesse est eos quotidie præsto esse in Ecclesia, nec habere dilationē, vt post cōuentū legitimè purificētur sicut veteres. Omni enim hebdomada offerendū est, etiā si nō quotidie peregrinis, incolis tamē vel bis in hebdomada, & nō defunt qui propè quotidie baptizētur ægri. Nā veteribus ideo concessum est, quia multo tempore in tēplo non videbātur, sed erāt priuati: si enī * plebis hominibus orationis causa ad tempus abstinere se præcipit, vt vacent orationi, quanto

quāto magis Leuitis aut Sacerdotibus, quos die noctūque pro plebe sibi commissā oportet orare.

Gregorius Venantio Cancellario Italiae.

ANanias pecunias deo vouerat, quas post diabolica victus persuasione subtraxit. Sed qua morte multat^o est, scis. Si ergo ille mortis periculo dign^o fuit, qui eos quos dederat nūmos, Deo abstulit, cōsidera quāto periculo in diuino Iudicio dignus eris, qui nō nūmos, sed temetipsū Deo oīpotēti, cui te sub monachali habitu Deo voueras, subtraxisti. Cōsidera iudiciū Dei quod mereatur, qui semetipsum Deo vouit, cōtinuōq; mūdi desiderijs irretitus, mētitus est quod vouit. *Idem Gregorius de pasto. cura: parte 3. Cap. 28.*

Admonēdi sunt cēlibes, ne sine dānationis iudicio misceri se fœminis vacātib^o putēt. Cū enī Paulus fornicationis vitiū tot criminibus execrandis inseruit, cuius sit reatus, indicauit dicēs: Neq; fornicatores, neq; seruiētes idolis neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorū concubitores, neq; fures, neque auari, neq; ebriosi, neq; maledici, neque rapaces, regnū Dei possidebunt. Et rursus, fornicatores autē & adulteros iudicabit Deus. Admonendi sunt itaq;, vt si tentationū procellas cū difficultate salutis tolerāt, cōiugii portū petāt: scriptū nanq; est, Melius est nubere quā vri: sine culpa quippe ad coniugium veniunt, si tamen necdum meliora vouerunt. Nam quisquis bonum maius subire proposuit, bonū minus quod licuit, illicitum fecit: scriptum quippe est,

L ii nemo

Quantū tribuat ore Bucerus Gregorio, elogio preclarè testatus est: quantulum verò ipsa redet, vita & doctrina fecit manifestum.

nemo intrens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est regno cœlorum. Qui igitur, fortiori studio intenderat: retrò cõuincitur respicere, si relictis ampliorib⁹ bonis ad minima retorquetur.

Gregorius Nazianzenus oratione 30

Bilibaldo interprete.

*Hæc legat
Bucerus.*

*Datur hiis
qui volunt
& assentiuntur.*

Non omnes, inquit, sermonē hunc capiunt, sed Nii quibus datum est: quum audis datū esse, nihil hæreticum patiaris, néve naturas inducas, siue terrestres, siue spirituales, vel medias: sunt enim quidam adeò malè affecti vt arbitrentur quosdam, omnino naturę esse periturę: alios autem saluandę: nonnullos verò ita habere, sicut eos liberum arbitrium, vel ad melius, vel ad deterius impellit, aliumque alio plùs minùsve idoneum esse, id & ego accipio, non tamen aptitudinem ad perfectionem sufficere puto: cogitationem verò esse quæ illam infestet, vt natura ad opus progrediatur, quemadmodum & lapis Pyrites, ferro malleatus, ferrum fit: quum verò audis, quibus datum est, adde datum quidem iis qui volunt, & qui assentiuntur. Etenim quum audis, non volentis neque currentis, sed miserentis Dei, tibi consulo vt sermonem hunc acceptes: quoniam enim nonnulli sunt, qui ob iustitiam propriam tam magnificè sentiunt, vt totum sibiipsis acceptum referant, ac nihil factori & instructori, bonorumque tribuant largitori, hos sermo hïc docet, quòd & bonum velle, diuino indigeat auxilio, seu potius eligere
utilia,

utilia, diuinum quid & clementiæ suæ donum existat: quod enim saluamur partim è nobis, partim à Deo esse oportet, propterea inquit. Non volentis, hoc est, non solum volentis, nec currentis, sed & Dei miserentis: deinde quoniam velle à Deo est, meritò totum acceptum fertur Deo: quantumcunque igitur cucurreris, quantumcunque certaueris, indigebis eo qui coronam præbet: Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborant qui ædificant eam. Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Vide Lector, summum in causa consensum patrum, qui patres ab ea me molestia liberant, ne Bucero meam conscientiam, toties cum contumelia appellanti, cogar respondere. Non se iactat Vintonien. patronum, nec se ingerit rei minus necessaria, nedum operam pollicetur, haud desideratam. Datas occasiones amplexus sum, quod etiam nunc facio, vt te Goliath Philistæum, me inter ceteros, sine causa contemnentem, & causas monomachiae proponentem gloriabundæ, veritatis fiducia fretus, ne dubitarem adoriri, & contorto vehementius brachio, *† ευδολογία* tuam petere, animo bono & cōstanti, quò ferirem acrius. Cùmque iam aliquot annos tacueris, quasi cessim fugisses, nunc nouis mendaciis instructus, & tanquam collecto spiritu, pugnam instauras, quam ego non fugio. Itaque quod hæctenus feci, in iis tuis quæ iam recensui, vt qualia ea sint, Lector intelligat, mutata in progressu animi sententia,

cōtrā q̄ in initio statuerā, videlicet ne nimiū verbosa
 disputatio foret: hoc ampli⁹, cætera quęq; tua attingā
 obiter, ne quid Lector desideret prætermiſſū. Sic enī
 cogitabā primū, detectis in hoc impudenti, tā mani-
 festis mēdacijs, quod in excutienda fide testiū, facere
 facilè, cætera contēnerē quæ à Bucero dicerentur, in
 homine videlicet vanitatis cōuictō, negligēda. Nunc
 verò (vt fit) sententiā muto, & agā tecū quā, p̄posue-
 rā pluribus. Authoribus enim ceteris à te Bucere ci-
 tatis, suā lucē addā, ne tuis in hijs præstigijs fallas Le-
 ctore: deinde quā pro te non faciat, τὸ ἐκτόν ostendā,
 ne quicquā tibi animæ superesse videatur, quæ non
 spiret mēdacia. Quę duo quū præstitero, et in nōnul-
 lis, quæ mihi impingis, me purgauero, perpetuū mihi
 tecū indicā silentiū, vt Bachiū tibi aliquē quæras, istis
 tuis moribus & versutijs dignum. Sed audiamus τὸ
 ἐκτόν, quod à te stare dicis. Citas ex Paulo hanc sen-
 tentiam: Volo omnes homines esse, sicut me ipsum,
 sed vnusquisq; habet proprium donum ex Deo, hic
 quidem sic, alius sic. In hac tractatione, ita tecum
 agam Bucere, quasi hætenus nemo scripturam esset
 interpretatus, id tantum à te postulans, ne grauer
 præiudicio tui spiritus, qui Spiritum in Ecclesia san-
 ctum, non vni aut alteri addictum, sed Ecclesiæ da-
 tū vniuersæ, orthodoxè amplector & veneror, cuius
 sensui, quatenus tecū meæ cōmentationes nō con-
 sentient, cedo, & eatenus à meipso recedo, nec pru-
 dentia innitor meæ, id quod bonis doctis omnibus
 cupio

Excuitur
 dictū Pauli,
 1. Cor. 7.
 quasi de eo,
 nihil antea
 à patribus
 scriptū fuis-
 set,

cupio esse testatissimū, atq; adeo à me data opera protestatum. Sed aggrediar te cominus, & quæro quid efficit hiis verbis Paulus: Volo oēs esse, sicut meipsum? Num apertè cōplectitur suo voto oēs, nisi si figuram orationis adhibeas, quæ vim dicti eneruet, qd obsecro apertius, quid vberius dici potuisset, si τὸ ἑνὸς sequimur? Paulus τὸν ἀρῆν τῶν ἀκούσασ, quæ nō licet homini loqui: illēne optasset oībus eum vitæ statum, quē cognouerat cū ratione diuinę architecture, quā delineat Bucerus, haud conuenire? Volo (inquit) omnes esse, sicut meipsum, fuisse autē eū tū cælibē certū est: at sequitur (inquit, Bucerus) cōtractio iis verbis. Sed vnusquisq; habet ppriū donū ex Deo, hīc quidē sic, alius sic: at verò iis qd aliud quā indicat Paulus, præsentē vitę statum, qui variis donis cōstet à Deo datis? Qui status Ecclesię, vtcunq; modo per hominū imbecillitatē sit varius, si is tamē per Dei puidētīā vniformis esse nō posset, cōcluderes profectò improbū Pauli votū, qd id optaret, quod cū immutabilib⁹ Dei decretis (vt tu interpretaris) nō cōsisteret. Verū enī uerò Pauli votū, in oēs cōceptū, rei quā optauerat, vtilitatē significat: subiecta verò distributio, variū ecclesię statū Deo probante, licere euidenter demonstrat, vt eius quod licet, quodq; expediat, cōuenientiam notet, in quo haud corrigit votum Paulus, sed pro hominum imbecillitate, accommodata Dei dona indicat, dum variū varia assequuntur & habēt. Breuiter, Volo oēs esse sicut meipsum, hortātis est: quod sequitur verò,

non

Quàm ine-
ptū & futile
cōmentum
Buceri sit,
quod de Cō-
tractione
somnia, vi-
de Lector.

non exigentis est, quod quidem Bucerus vult esse
contrahentis, quasi diceret, corrigentis & impro-
bantis, quod statim antea dixit, id quod schemate
quodam dicendi, Rhetores interdum faciunt, quò
dicant dilucidius. Obserua Lector in ceteris mecum,
& reperies, quod Bucerus, nouo commento, in hiis
connexionum formis, contrahentis esse dicit, nihil
aliud esse, quàm in posteriori dicto, explicatis, quod
in priori dicto contineretur. Nec vnquam reperies
(schemata Rhetorum semper excipio) in cōnexio-
nibus sententiarum, posteriorem sententiam sic
aduersari priori, vt illam ita contrahat, vt modi eius
naturam immutet, quod Bucerus contendit: illud
dico, vt ex infinito, finitum faciat: aut ex vniuersali,
particulare: sed ad ambiguitatē tollendam, explica-
tionis lux aliqua admoueat, quò clariùs videlicet,
quod priùs est positum, & quo est dictum modo,
s. Cor. 15. sine omni errore intelligatur. Paulus scribit, Omnes
resurgemus, sed non oēs immutabimur. Non con-
trahit resurrectionem, qui discernit effectum? expli-
cat posterius primum, sed dicendi modum nō cor-
rigit, quod esset contrahentis, id est poenitentis prio-
ris dicti, & infinitum ad finitum redigentis. Omnia
z. Cor. 6. licent, sed non omnia expediunt. Num hinc poste-
rior sententia mutat naturam vniuersalis in priori:
vel distinguit potiùs à licito vtile, vt non sit contra-
hentis, sed explicantis, quid sub verbo (licere) con-
tineretur, vel non contineretur verius: aliud enim
licet,

licet, aliud expedit? Dices, non quadrare exempla, cum ex diuersis constet connexio: at ego contendo id esse perpetuum, si quid rectè inferatur cum aduersatiua. Diuus Gregori⁹ tuus testis, cū sic loquitur: Sine culpa ad coniugium veniunt cælibes. Hæc ne tibi videtur infinita locutio? hoc est, nullis particularibus circumscripta? opinor. Quod sequitur autem, (Si tamen nondum meliora vouerunt) haud mutat naturam prioris dicti, quin infinitum maneat: sed explicat quos cælibes ipse intelligat, hoc est, non te votarium & tui similes: At istud (explicare) dices, esse cōtrahere, quam contractionem, si ad vagas Lectoris cogitationes referas, vt posteriori sentētia, ad certos aliquos fines redigātur, & terminos ne erretur: haud pugnabo de nomine, quum de re conuenerit: Sinita accipias contractionē vt naturam prioris, posterius immutet, quæ est tua contentio, omnino nego. Neque enim quenquam sanum, directo quidem loquendi schemate, sensum animi sui sic efferre arbitror, vt modum suæ locutionis, eadem ipse textura sententiarū improbet. Ergo ne recedamus ab exemplo, quod & causam attingit, & ex tuo citatur Gregorio. Sine culpa ad coniugium veniunt cælibes, si tamen nondum meliora vouerunt, infinitas prioris sententiæ, posteriori (si tamen) non fit finita, sed partibus cælibum distinctis, quorum alii vouerunt, alii non vouerunt, sic explicata, vt in altera parte, nempe non vouentium, maneat infinitas, quæ in alteram

M vouen-

vouentium videlicet partem non competit, id quod
 posteriori sententia fit dilucidū, quo efficitur, vt le-
 gentis animus contrahatur quidē, & ab immēsa co-
 gitatione, ad alterā partē totius redigatur: sed primæ
 propositionis modo manēte, vt nihilomin⁹ infinita
 habeatur, sed vnius modo partis toti⁹ vniuersi, quod
 genus cū vniuersalia tū indefinita innumera com-
 plectitur Scriptura sacra. At quorsum hæc dixerit ali-
 quis? nimirum, vt eripiā Bucero commentum illud
 futile de contractione, qua vult adiectione postero-
 ris sententiæ, prioris sententiæ naturam immutari, et
 quadam metamorphosi ab vniuersali in particulare,
 aut ab infinita in finitā trāsformari. Dicit Paulus: Bo-
 num est homini, mulierē non tangere, infinita sen-
 tentia quæ in suo modo manet, etiā addita explica-
 tione de maritis, qui in generali nomine hominis
 nō stantes, in maritorum nomen transierunt, & in-
 feriori bono se alligarunt, quibus propter fornicatio-
 nem suas habere vxores, fas est, vt in humili fidelis
 populi gradu saluentur. Bonum est homini, mulierē
 non tangere, melius nimirum & sublime bonum.
 Est & in coniugio inferius bonum ei, qui se sponte
 addixerit matrimonio: infinitas illa solutos comple-
 ctitur, quæ semel est conditio omnium hominum,
 nisi Buceri dementiam approbemus, vt coniugato-
 rum & cælibum populos, ab vtero matris cuiusque
 partis singulos formatos somniemus, tanquam in-
 scrutabili Dei decreto & ineuitabili eō destinatos.

Bonum

Bonum itaque est homini, mulierem non tangere, etiam si marito homini bonum non sit, ne suscepto muneri desit, & vxori sui corporis potestatem auferat, quod ipsi dicauit voluntate sua. Ergo nugatur Bucerus in contractionibus suis, quibus credulæ simplicitati conatur illudere. Citat Pauli dictum: Volo oēs loqui linguis, Et item illud: Volo iuniores viduas nubere, quasi eadē significatione verbi (volo) proferatur hæsententię, atq; ista profertur: Volo oēs esse sicut me ipsum. Quod quàm sit secus, ex ipsa locorū cōsideratione, facile est estimare. Vnius autem atq; eiusdem verbi, aliã atq; aliã significationē ex subiecta materia natã esse, si hæctenus esset incognitum, ex iis locis per Bucerum adductis cognosceretur. Volo enim verbum, alibi optãtis affectum indicat: alibi permittentis: Cùm enī Paulus hortatus esset Corinth. vt emulgentur dona eminentiora, magis autē vt prophetent, ac magnum prophetiæ vsum, ad Ecclesiæ ædificationem, declarasset, subiecit: Volo omnes vos loqui linguis, quod est permittentis linguarū donum, vtcunque inferiùs prophetia videretur. Minora etenim permittuntur, optantur maiora. Ridiculè verò optamus, quod est minimum, & idē illud permittitur tamē, ne videamur exigere, quod difficulter præstatur, secūdem quæ nihil prohibet. (Volo verbum) ad donū linguarum relatū, permittentis esse, quod si ad prophetiæ donum referas, sit optãtis. Cùm Paulus ad Timotheum scribens, dicat: Volo iuniores

ὁμιωνυμια
huius verbi
(volo)

1. Cor. 12. &
13.

1. Timoth. 5.

M ii viduas

viduas nubere, ridiculè confert hoc Bucerus, cum eò quod Paulus ait: Volo omnes esse sicut meipsum, quū hic optet, in maiori cælibatus bono, quod exigere nō audet: in illo autem minori nuptiarum bono permittit, quod est infirmitatis. Quæ quum ita sint, hæc tamen confundit Bucerus, vt votum in maiori bono, ab Apostolo conceptum, disertis verbis, per *ὁμολογίαν* verbi (volo) ideo videatur, per absurdum quod in inferiori matrimonii bono, eadem loquendi forma Paulus sit vsus: volo iuniores viduas nubere, dum ea locutione matrimoniū permetteret, quum tamē aliud optādo, aliud pmittēdo, in vtrifq; nos velle, & intelligi et dici, nihil prohibeat, sed ita tractat *τὸ ἐπιτόμιον* Bucerus, qui acerrim⁹ verbi defensor, haberi postulat. Urget rursus Bucerus, quòd dicitur apud Paulū: Volo omnes prophetare, quod donū, etiāsi omnibus optet Paulus, nihilò magis, omnibus à Deo dari, inferemus: aut esse eundē Deum, acceptorē personarum, quod tamē in dono cælibatus fieri, vi similis locutionis, ego cōcluseram dicendum. Hic quū nō nesciat Bucerus, aliud esse offerre omnibus, quod est, claudere benignitatem nemini, aliud omnibus dare, quod sine accipiente non fit, ita miscet ista tamen, quasi nihil videat esse discriminis. Rectè posuit in ea parte, peccatum Augustinus, quæ non sit, non subsistat, careat essentia, nihil sit, vt ne esse quidem peccatum putetur. Est ab vno Deo, quicquid est, & sine ipso tamen factum est nihil, hoc est, pecca-

Super Ioan.
tractatu 1.

peccatum, quia non est, sic enim & legit & interpretatur Augustinus: Et sequitur, quod autem ab ipso factum est, vita erat, quum peccatum omnino sit mors. In Deo ergo viuimus, mouemur & sumus, nec habemus quicquã quod nõ acceperimus. Non ergo eandem de Deo rationem inire licet, quam de fortuna scripsit quidam, vtramque vt paginam faciat, conditionis nostræ. Enimuerò quæ habemus, quæ possidemus, quæ nostra sunt propria, illa, vni Deo omnia feramus accepta. At verò nostras in virtutibus inopias, in donis paupertates, item ignorantias, cæcitates, lapsus, fragilitates, imbecillitates, & quicquid præterea priuationis & carentiæ sit, denique peccata, in quibus à Deo deficimus, nostræ miseriæ expensã ferantur, nec Deo quasi non dederit, impiè imputentur: sed nostræ conditioni, cui à latenti, sed iustissima Dei misericordia, non dantur quæ non habemus, neque tamẽ ea id interpretatione dictum sit, quasi immensa illa benignitas, quæ non aliter ac sol exposita sit omnibus, quibusdam se contraxerit, & sic facta angustior, quod murmur est impiorum: sed quòd iusta licet occulta ratione, is qui non habet, non sit affecutus. Quod eousque valere arbitror, vt duobus, pari voluntate, pari studio, labore pari, pietate non dissimili, naturæ dotibus ex æquo præditis, & sub vno eodémque præceptore, similiter in vtrumque affecto literarum studio incumbentibus, si alter doctus euaserit, alter secus:

M iii

alteri

Quæ habemus, omnia Deo, quæ nõ habemus, nostræ conditioni imputanda, quàmuis ratio sæpe lateat.

alteri Deum dedisse dicamus scientiæ donum, quod adfit: non item negasse alteri, quod absit. Nempe enim qui habet, à Deo habet, vt dator glorificetur. Qui non habet autem, vtcunque se hominum iudicio probare conetur, quo se à culpa vindicet, quò minus quid habeat: haud efficiet tamen, vt similiter quod non sit illi, quod non habeat, & quo careat, à Deo item id sit, quemadmodum habere ea quæ prætereà habeat, cui in specie proposita, exempli causa, attribuimus plurima. Cuius rei imago in lumine solis cernitur, quum eius interuentu, visus sit efficax, qui multis interim ex causis, suo in multis vicio extinguitur. Neque quicquam prohibet, offerre se lumen solis omnibus, quod ipsum tamē plurimi, suo videlicet morbo cæci, nō participēt omnino. Quæ (malū) igitur phrenesis hunc hominem exagitat, vt Deum, si non authorem mali (quod non audet aperte, etiamsi obliquè id molitur) inopiæ certè ingenii, ineptiarum nostrarum omnium, ignorantiarū omnium, omnium defectuum causam, putet, quā in vnū eū ideo censeat referendā, quia donum non dedit: quia eiusmodi homines, in vtero matris formādos, sibi suscepit, ad aliquē vsum in hac orbis machina necessarium, cuius eundē creatorem, opificem & moderatorem verè agnosci-mus, piè colimus & veneramur. Sic enim scribit aperte Bucerus, facere Deum non solūm, vt quæ non sunt, sint: sed & vt ita sint: cuius verbi proprietatem

tatem (vt ita sint) si sequeretur, videlicet vt si viuat homo, in Deo viuat: si adsit præterea quidpiã, quod rectè adesse dicatur, id cum Deo nobis adsit, & à Deo, non repugnabo: Sin verò quum absit, & desit quidpiam, ita iam esse hominem, cum illis defectibus, & ita Dei articulis formatum in vtero hominè eiusmodi, id vt fateamur, si petat, mens in Deum pia haud potest cōcedere, vt quemadmodum perfectionū causas, sic defectuum occasiones tribuamus Deo. Quam de Deo persuasionem, solidioris iudicii ethnicis, (à quibus tamen testimonium Bucerus petit) haud fuisse probatam, multis in eam rem argumentis potest doceri. Naturæ plurimùm tribuerunt quidã, quam, haud vnquam temere, in aliquo tam efficacem censuerunt, quin si minùs euelli funditus & extirpari, eius tamen prauitatem corrigi certè & emendari educatione, institutione, eruditione, putarent. Itaq; Zopyrũ Physiognomũ (quod est apud Ciceronem) ingenua de se confessione subleuauit Socrates: quẽ cum Zopyrus ex aspectu coniecturã faciens, hominem bardum, stupidum, & ingenii petulãtis iudicauerat, iridente id Alcibiade, & ceteris, qui Socratis tum integritatem, tum sapientiam reipsa compertam & cognitam habebant, humanè & verè de se Socrates, ad quem offensio pertinebat, natura quidem fuisse talem, qualem eum Physiognomus dixerat, sed industria se alium euasisse, ac vitiosam naturam à se edomitam

atque

Ethnici causam Buceris cōfundunt, à quibus Bucerus petit suffragium.

Zopyrus.

Socrates.

Lycurgus.

atque cōpressam doctrina. Lycurgus ille Laconicarū legum conditor, naturam educatione mutari, noto illo catulorum exemplo demonstrauit, vt virtutes, non à genere, transfundi in posteros, sed industria, imitatione, studio, labore, assiduitate, vt qui genus etiam ab Hercule ducerent, nisi res eius gestas imitentur, breui sint per ignauia degeneraturi. Disertus esse possem, in hiis fusiùs explicandis, de quibus, nisi coactus à Bucero, nihil dicerem. Sed is ab Ethnicis suffragium petit, inter quos, sapientes præcipere ait, primùm omnium, vt dispiciatur ad quam quisque artem & rem natus factusque videatur. Quibus verbis, si sentit artes mechanicas et eiusmodi res, quæ membrorum nostrorum opera explicantur: est quatenus valeat admonitio Buceri, cum suis Ethnicis, ne cæcum profectò ad pictoriam, mancum ad tonforiam, sed nec eunuchum natum ad operam liberis dandam, editos in hæc & fictos à natura arbitremur. Alioqui verò, quod ad crasin corporis spectat, etiãsi multum ea polleat, vel ad mores, vinci tamen hac parte naturam, & immutari, difficulter quidem, sed immutari tamen, qui physica tradunt, docuere. Habet ad iram procliuitatem, bilis flaua: eadem atra, ingeniosos arguit (si credimus Aristoteli). Pituitæ vis, tardiores reddit: sanguinis exuberantia, leues gignit amores. Aristoteli & Platoni figmentum illud placuit, vt in quorundã hominũ cōpositionem, massa, quæ materiæ vicem habet, in aliquibus putetur auri pluri-

Aristoteles
Plato,

plurimum admixtum continere, in aliis obtinere argentum, in aliis preponderare & onerare plumbum. Lucunda allegoria, quę propensiones notet, non immutabiles rerum significatarum constantias. Itaque Plato in Socrate amico, de quo supra retulimus, vidit plumbeam illam massam, naturę (si ita loqui nobis permittemus) malignitate datã, hominis industria effectam auream, & infimę ac vilis indicaturę metallum, in sublime & preciosum esse conuersum.

Quosdam notat Iuuenalis, quibus arte benigna & Iuuenalis meliori luto finxit præcordia Titan. Alii Horoscopo tribuunt plurimum, et ad sydus natalitium ferè omnia referunt, ad quorum omnium inania verba, cum in verbo sacrosancto se multum sine fructu torfissent aliqui, accepi non paucos ex vestris defecisse, inter quos, an Bucerus sit, nescio. Illud de se manifestum reddit, cum habeat quod persuaderi velit, & cupiat ita esse, aut certè si non sit, videri tamen, quibus, quod conatur, suadeat modis, quorum citet in hoc testimonia, vera an falsa, aliena an propria adhibeat argumenta, id verò perparui ducere: nempe eni, si quid Ethnicis credimus, quos Bucerus citat, alterã naturam, consuetudo facit, illa ingenita non paulò validiorem, siue crasin corporum spectes, siue Plinius ad mores indolem: De crasi notat Plinius lib. vii. in Iulio quodam Romano è Vocontiorum genere, quum ex præscripto medicorum ad tollendum intercutis aquę morbum, quo laborabat iuuenis,

N omni

omni humore diutiùs abstinuiffet: caruiffè in fenecita potu, & naturam fibiipfi alteram confuetudine feciffè. Plutarchus verò, de educatione liberorum, præcepta tradens, cùm naturæ indolem, non negligendam cenferet, fic fcripfit tamen, *Εἰ δὲ τις οἶεται τοὺς οὐκ εὖ πεφικότες, μαθήσεως καὶ μελέτης τυχόντας ὀρθῆς πρὸς ἀρετῆν, οὐκ αἰτὴν τῆς φύσεως ἰλάττωσιν ἵς τοῦνδεχόμενον ἀναδραμεῖν, ἴσω πολλοῦ, μᾶλλον δὲ τῶ πάντος διαμαρτάνων. φύσει μὲν γὰρ ἀρετῆν, διὰ ἀφείρητ βραχυμικρὰ, φηλοτότητα δὲ ἰπάνορθοῖ διδασχά.*

Quòd si naturam in vniuersum spectemus hominis, nihil sanè fixum, nihil constans, aut certum reperias, quasi Dei decreto sic constitutum, quin quod *Πλάτων* ad Eliconem scripsit, liceat verè dicere, *ἄνθρωποι ἵναί (ᾧσιν) φύσει ἐν μὲν ἰάβωλον, ὡς ἐν προμouenda ἰνδουλτρία, Dei benignitatè prædicèt seduli, conantibus & cooperariis semper paratà: non somniènt autem necessitatè immutabilè, & homines in vtero matris ad reliquum vitæ vsum formatos, aliqua Dei destinatione ineuitabili. Cuiusmodi persuasio, si maioribus nostris, vel ethnicis, vel Christianis infedisset: vnde illis de obstetricibus adhibèdis, nutricibus deligendis, pædagogis dandis, præceptoribus conducendis, tā magna cura? Cur non sit Lesbia digna, cui cōmittas primo partu mulierè? vt aliquid ex comœdia afferā ethnica? Manus enī vel temulentæ Deus moderabitur, si quid sapit Bucerus: videlicet si in capite infantis firmando, aut dirigendis mēbris, ab obstetrice quicq̃ neglectū sit, aut non rectè curatū, erit ex Bucero ad manū defensio, noluisse Deum in hoc aliter*

Quas absurditates inuoluit secū impietas Buceri, de destinatione Dei ineuitabili:

aliter fieri, in vsum nempe destinatum, eo modo idoneū: nec fas obstetrici fuisse, cura maiori & diligentia sua, partus conditionē, ab ipsis initiis fixā immutare. Quod similiter nutrici, ad defensionē culpę proderit, si qd ipsa fefellerit, nec secus pro pædagogo erit, respōdendū, & ipso adeò pceptore. Qui oēs, pro Dei de eo qui nascitur, destinatione, erūt quasi cōfati, hoc suo munere digni scilicet, quatenus vel negligētia, vel diligētia, in illis exigatur, quasi diceret, dignū patella operculū, vt Dei in omnē partē, decretum sequi, ac promouere iudicentur, ne videatur temere

διόμαχιπ. De Deo enī scribit Bucerus, quę sequuntur. *Bucerus.*

» Hęc autē secutus eternū Dei verbū d. scripturis pro-
 » ditum meritò confiteor, Deum, qui omnia efficit in
 » omnibus, æterna sua sapientia, pertingente poten-
 » ter à fine vsq; ad finē, & disponente omnia suauiter,
 » electos suos vocare, sicut cū nō sunt, vt sint: ita etiam
 » vt ea sint, & agant, ad quæ ipse vnumquemq; desti-
 » nauit: atque ad hęc ipsa munera, à se cuique assigna-
 » ta, illos & formare in matris vtero, & à matris vtero
 » sibi segregare: donisque & corporis, & animi ad ea-
 » dem munia adaptare, & instruere, quò illa possint
 » ad gloriam eius, in Ecclesię ædificatione, bene & fe-
 » liciter obire. Tamen pilos capitis nostri habet Deus
 » numeratos, nec vnus de capite nostro sine eius certa
 » prouidentia cadit: & scilicet non cuique hominum
 » certò præfiniret, in vtro sibi vitæ genere seruire de-
 » beat, cælibi, vel coniugali. Nemo sapiens artifex
 n ii in opere

in opere suo non omnia ad præstitutum sibi in eo »
 opere finem destinat & adaptat : & nos dubitemus, »
 Deum qui cuncta nostra membra in materni vteri »
 tenebris ipse format, omnes quoque cum corporis, »
 tum animi, & partes, & vires, ad eas ipsas vitæ fun- »
 ctiones præformare, & applicare : ad quas vnum, »
 quemque elegit ante conditum mundum: Hæc Bu- »
 cerus de Deo commentatur, quæ si vnde quaque
 sensu, quæ præ se ferunt, vera sunt, magna mortales
 cura & solitudine liberat, & apertè illius ethnici
 Diogenis. stultitiã notat, nempe Diogenis, qui (vt Plutarchus
 narrat) cum iuuenē *ἰσακτικὸν καὶ παραφρονῶνα* vidisset,
νανίσκει (ἰφισερ) ὁ πατὴρ σε μιθύων ἴσπειρε. Ridiculè nimirū
 patri tribuit Dei partes, non *φιλόσοφος*, sed *μωρόσοφος* iu-
 dicio Bucerii, vt à patre causetur, accidisse filio, quod
 in vtero matris operatur deus, videlicet omnis modi
 homines fingens, ebriosos, stultos, claudos, luscios,
 mancos, mutos, surdos, petos, varos, brocos, com-
 pernes, valgos, gibbosos, capitones, frótones, simos,
 nasutos, monoculos, poliphemos, aut quicquid est
 monstri & prodigiosi, quod Africanæ in ostentis
 edendis fœcunditati, vulgi prouerbio sit attributum,
 atque inter hæc Bucerū, qui monstra omnia superat
 ipse. Quæ si ita sint, ego quoque in hoc me natum
 intelligam etiã, & in vtero matris formatum à Deo,
 vt hæc scribam. Adeò vnã Dei destinationem,
 quæ falli non potest, omnes absoluere, condemnare
 neminem, quum qualisqualis quisque sit, à Deo
 factus

factus sit, & ita vt est, cum suis defectibus factus, id quod ab extremis initiis repetit Bucerus, hoc est, ab ipsis formandi in vtero partus exordiis, simul aufrens gloriandi causam omnibus, quod pii faciunt, simul etiam à culpa & negligentia (si quæ acciderit) matrem, nutricem, pædagogû, parentes, præceptores liberans atque absoluens, ciuili fortasse æquitate motus, vt qua in re aliquod gloriæ commodû vendicare prohiberetur, ne culpæ alicuius verecundiam cogere subire. At quo authore? nempe ipse dixit: ipse autem est Bucerus. Qui si mihi id velit obii-cere, non se tribuere Deo effictionem eorum, qui tanquam purgamenta quædam reprobata, & quidam naturæ abortus, non tam eduntur quàm decidunt, sed electos modò formare, quod in Hieremia fecit, quod fecit in Iohanne, hoc est, aliquando fecit: Dico, si nõ illud generale proloquium citasses Bucere, Deum efficere omnia in omnibus, & illam veritatem ad propositi tui non veri confirmationem non adduxisses, seruasses tibi in aliis aliquam ad perfugium & receptum latebram. Nunc verò propter generalem illam sententiã fit, vt quod in altera, nempe electorum parte explicas, in altera relinquantur itidem æstimandum. Efficere Deum omnia in omnibus, fatentur omnes, sed modum efficiëntiæ nescimus, quem ita attemperatum cognoscimus tamen, vt suæ relinquantur naturæ partes, constet homini arbitrium liberum, sua libertas non frustra sit homini

sua industria, quæ omnia inter causas efficientes ordine inferiori sic numerantur, vt Dei eminentem virtutem colentes, & causarum omniũ causam agnoscentes, sine qua inutiliter & frustra agitur, vel nõ agitur potiùs, conemur, nihilò minùs meditemur, agamus, aggrediamur, operã adhibeamus nostram, qua licet, qua expedit, & summam tamen tum successus, tum propositi boni, & in ipso progressu perseverantiã, Dei benignitati feramus acceptam: quod fefellerit autẽ, quod defecerit, quod minùs euenerit ex sententia, quod abest nobis, quod adest minùs quàm cæteris, breuiter, quod non habemus, in quocunque bonorum genere, nobis ipsis imputemus, nostris aut peccatis, aut peccatorũ pœnis, quæ pia est ratiocinatio christiani hominis, nõ ad Buceri cõmentum, sed verã veritatis regulam, calculos scitè ponẽtis & subducẽtis, vt gloria illustretur Domini, in iis quæ accepimus, & nostra pateat siue inopia siue miseria, in iis quæ nõ habemus. De Deo fatemur cùm propheta verè, Iudicia Domini abyssus multa, & eadẽ iusta. De nostra verò conditione, illud: Delicta quis intelligit, ab occultis meis munda me. Magna hinc indè obscuritas, vt excutias singula, etiam si exstet clarè de Deo preconium æquitatis, de nobis iniquitatis. Quæ igitur (malum) temeritas est, cùm sint obscura vtriusq; partis iura (si ita loqui fas sit) vel nõ obscura potiùs in causæ summa, nos ipsos cum arrogantia absoluere, si quid desit, ne nostra aliqua culpa defuisse videatur: Deum

Psal. 35.

Psal. 18.

Bucer⁹ homines absoluit, si quid desit: Deum cõdēnat, qui non dedit.

preconium æquitatis, de nobis iniquitatis. Quæ igitur (malum) temeritas est, cùm sint obscura vtriusq; partis iura (si ita loqui fas sit) vel nõ obscura potiùs in causæ summa, nos ipsos cum arrogantia absoluere, si quid desit, ne nostra aliqua culpa defuisse videatur:

Deum

Deū quia nō dederit, condēnare. Quid enim aliud facis, qui illi imputas nō dedisse, nō tuæ potiùs auerfationi quòd nolueras, vel non potueras accipere, hoc est, ad capeffendū cœlibatus donū, ieiunio, precibus, studio, abstinentia, eò cōtendere, quo loci esset accipiendū? Quis eā ingratitudinis notā apud homines promereatur, vt de vicino nobili, multis nominibus de se bene meritò, sic cōqueratur, quòd cū cæterorū maximā partē, mēsa & conuiuuiis exceperit, illū vnū nō exceperit tamen, quem ipsum videlicet morbus sic affixerat lecto, vt domū exire suam omnino non posset, cuius nobilis liberalitatē in oēs vicinos profusam, si quis verè prædicaret, ac mēsam patēre omnibus diceret, exclusum neminē: nū importuna videretur huius miseri decūbentis, nō corpore minùs quàm animo impotentis vox, qui id obganniat, vt cūq; sit in cæteris, nō esse verū, quod de oībus iactatur, quū haectenus ille nunquā affuisset, nec vel semel illa mensa fuisset exceptus? Quod verum est, loquitur, at in eo est dicti culpa, quòd suam miseriam tacet, alienam virtutē non libenter audit. Alioqui verò se accusaret, qui non potest: illum excusaret qui non dedit impotenti: & diceret, non potuisse accedere, quò cæteri qui potuerunt, sunt inuitati. At enim (inquies) si de Deo loquimur, cur non fecit potentiam, quæro? Respondeo, excute te ipsum, delicta intellige tua, si potes, occulta scrutare conscientia: sin minùs poteris, quin lateat semper aliquid:
noli

noli querere, cur te Deus ad maiora potentem non fecerit, indignum hiis quæ habes minoribus donis. Vitam saltèm habes, nondum promeritus, de qua potiùs gratiæ agendæ sunt tibi, quàm vt impio murmure queraris, quasi quod desit tibi, id à Deo, nõ dante sit potiùs quàm à te, qui iaces affixus peccati lecto, nec tollis grabatum vt ambules in virtute, eam vt habeas, possideas, teneas, cùm habentibus tantùm detur, & qui non habet, etiam quod habet, auferetur ab eo. Ne me hïc obtundas, causificationibus Buceranis, ieiunavi, oravi, petii. Vrgent procellæ tentationum, nec subleuor tamen: non sum igitur ex hiis, quibus decreuit Deus, dare cælibatus donum. Cui tibi, si non vouisses Apostoli cõsiliũ, responderem. Nunc verò, magna quædam de te ipso prædicas, de Deo obscura. Non dedisse, credo tibi, quoniam non accepisti: non est enim vnus partis donum. Quòd autem non decreuerit dare tibi, nondum fecisti planum. Imò (inquis) petii, idq; obnixè quæsiui, pulsaui, volui, magno quoque studio & labore contendi: at iis nihil agitur: at petiisti fortasse defunctoriè, quomodo Cæsaris candidati, ne à moribus abhorrent cæterorum, nõ petiisti ex fide, sine hæsitantia, denique petis & non accipis, quia malè petis, quum alioqui omni petenti datum iri, quodcunq; petatur, Christus dixit. Quod verò Bucerus admonet de Christi verbis, in nomine Christi petere, hoc propriè significat, ad nominis Dei sanctifica-

ctificationem quæ Christi opere constat & dilatatur. Nam alioqui, Deo nihil præscribere, & ita nos illi permittere, vt tanquam à medico, non quæ egri petimus aut ignorâtes petimus, expectemus: sed quod ille de nobis statuerit, & optimum ducamus, & iudicemus æquissimum, habitus animi eiusmodi est: quem qui non habeat, Deum pro idolo, quod suis subserviat affectibus, (qui non semper sinceri sunt) colit: non vt optimum maximum Dominum & Patrem benignissimū reueretur & obseruat ea animi intentione, quam pietas Christiana profitetur: Quare nemini hæc inculces ex Buceno, quæ nemo negat. Illud age vt doceas, per te non stare, quò minus acceperis, quod nunquam efficies profectò tam apertum & clarum, vt Deum pronunciam dare nolle tibi, quod sub Ecclesiæ testimonio cū Ecclesiæ consensu & autoritate accedentibus in eandem causam, Ecclesiæ eiusdem precibus (quæ omnia in votis subeundis seruari, solenne est) tibi nolle (inquam) Deum habere ratum ac fixum, vt donum accomodet, exequēdi eius causa, quod gerebatur necessarium, in re præsertim sancta, probata, & ad Ecclesiæ statum & ædificationē utili. Dices me de meipso loqui, cuius non est de istis iudicare. At Bucerus contra sentit. Ita videtur, sic facta quoque hominis prædicant, nedum verba. Sed exigō τὸ ἐπιπέτυ. Animaduer te, quā aptè scripturas citet Bucerus.

O Hic

Hic nihil video, cur Deus non det omnibus, quum hanc modò sententiam referant hæc verba: opus esse, donum vt capias. Qua in datione, ne quam difficultatem in Deo putes, additur hoc: Qui potest capere, capiat, quod est Dei hortantis, vt capiamus, videlicet excussis facultatibus, qui possumus, vt nostra inopia, dationem impediatur, quæ alioqui summa liberalitate, proponitur omnibus. Adhuc verò τὸ ἐκείνου eiusmodi non audio, cur sentiat quis de Deo, posse ab homine statui, vel ipsi Bucero, cælibatus donum denegasse Deum. Distribuit (inquit) dona cuique prout vult: hoc est, nihil facit inuitus, sed summa gratia. Vocat ea quæ non sunt, vt sint, & vt ita sint: Magnam Dei potestatem prædicat, quam veneror meritò, & agnosco, quatenus certè homo quicumque sit, vel vitæ essentia, vel virtutum habitu, id totum à Deo esse. Melius (inquis) est nubere, quàm vri. Quid hoc ad donum, ne vratur, cur id Deus huic denegat? τὸ ἐκείνου quæro. Quod sise non continent, (inquit) nubant. At agitur de dono, quo fit vt contineant, id quomodo à Deo huic aut illi denegatur, postulo, vt constet nobis à deo denegari, quali durum diceret, aut difficilem Deum potius, quàm non affecutum esse illum, qui frigidè, qui oscitanter, qui negligenter petit, aut alioqui latenti obice impeditus, per aliquod peccatum, aut peccati poenam indignus, non eousque processerit, vt assequeretur.

Buceranis
summa sapi
entia est, nò
esse mutua.

τὸ ἐκείνου
quæro
τὸ ἐκείνου
quæro

III

sequeretur. Fortes Buceri assertiones audio, sed τὸ ἔκτρον quod iactat, flagito. Sunt (inquit) petendorum præcepta, secundum quæ, qui petit, accipit: cælibatus autem donum, præcepto non includitur; itaque non datur precibus. Audio commentum Buceranum, sed expectabam τὸ ἔκτρον, quod ipsum generaliter à Christo conceptum est, ut omni petenti detur, & quodcunque adeò petitum sit, conuenienti interpretatione quidem, sed non ea quam affert Bucerus, à distinctione præceptorum & consiliorum, quod eo confidentiùs dico, quum habeam ex Hieronymo Buceri teste, ad impetrandum cælibatus donum, citatum hoc Christi dictum, Omni petenti dabitur, &c.

Vides Lector id agere me, ut tibi ob oculos sistam bona fide, quæcunque Bucerus, in hac causa grauissima, quam defendit confidenter, queat proferre, quem vides tantum offundere fumos nominum, quod in testibus fecit, & appellatione à Græcis mutuata, τὸ ἔκτρον iactare modò, versari se interim ἐν τοῖς ἀθέκτοις, hoc est, ineffabilibus Dei decretis, ut quod à symmistis suis, in eorum coniugiis fiat, contra votum teste Ecclesia oblatum Deo, id piè, sanctè, honestè, scriptura adeò authore factum videatur, ne Dei decreto & destinationi, quæ donum cælibatus denegat scilicet, cum aliqua quasi theomachia impietate resistatur. Quæ si tam doceret clarè, quàm asseuerat validè, cessissem veritati. Nunc verò,

O ii quid

O strenuum
fyncere reli-
gionis Chri-
sti restitu-
torem.

quid agitur? imò quid non agitur, vt ego cum veri-
tate obruar mendacijs? Corruptuntur, obscuran-
tur, malè citantur testimonia Patrum. Ad inuerten-
dam scripturam, finguntur distinctionis nouæ, nouæ
interpretationes excogitantur. A luce aperta, in ob-
scura Dei iudicia fugitur, vt à vigilâti industria actio-
nis humanæ, Dei ope adiutæ, πρὸς τὸν ἀργὸν λόγον acce-
damus, vt alta & profunda myſteria ſumma veri-
tate ſubnixâ quidem, ſed nobis inexplicabilia, tamè
illotis (vt dicitur) pedibus, perſcrutemur: Etenim
ſi certis modò deſtinatis & electis dona cælibatus
dantur, quâ tandem ſe ſciat quiſquam in iſtis eſſe?
Audiâmus (ſi placet) Bucerî ſigna: nam rei indepre-
henſibilis, in abyſſo iudiciorum Dei (ſi vera ſunt
quæ tradit) latentis, & abſconditè ſigna notauit
quædam, in quibus cum re conferendis ne erretur,
donum cælibatus etiam deſinit ſuo modo, vt ſequi-
tur. Nos Magiſtrum noſtrum vnicum Chriſtum in
cœlis ſequentes, donum cælibatus vocamus, caſtra
tionem propter regnum cœlorum, & ſpiritum ſan-
ctitatis cælibis, quo poſſunt, qui eo donati ſunt, li-
beri à matrimonio, Deo hoc continentiùs adherere,
& diuina munia, quibus coniugium impedimento
foret, obire eo expeditiùs & conſtantiùs. Impoten-
tia & ineptia corporis ad Venerè, nomina ſunt apta
ludèti de rebus illis, propter quas filius Dei crucè ſu-
biit. Ita ſigna collati doni cælibatus, vel cõiugii, nō fa-
cimus nullum vel aliquem ad Venerem motum
ſentire:

ſiup

ii. O

» sentire: sed vt dixi, parentum & piorum atque sa-
 » pientum in Christo consilia, ipsasque diuinitus ob-
 » latas vitæ functiones, & obiecta pia negotia, quæ in
 » cælibatu vel coniugio obiri queant ad Dei gloriam,
 » & Ecclesiæ salutem, cõmodiùs: tum etiam pias ani-
 » morum ad alterutrum viuendi genus propõsiones,
 » & cum animi, tum corporis facultates. Cælibatus
 » sanè per se Deo non placet, & stultarum virginum
 » mercedem referunt, qui eum non propter regnum
 » cœlorum suscipiunt & conseruant, vt Domino
 » scilicet in amplioribus, quàm ferat vita coniugalis,
 » muneribus, quorumque vtilitas latius pateat, pos-
 » sint seruire & expeditiùs, & constantiùs, & fru-
 » ctuosiùs. Hæc itaque nos signa obseruari iubemus
 » iis, qui inquirunt, an ad cælibatû vocati sint, necne.
 » Hæc Bucerus, quæ quanta cum authoritate tradat,
 non obscure præ se fert, dũ Ecclesiæ cuiusdã personã
 induit, & se cum suis, quos plurali numero comple-
 ctitur, magno præiudicio Christum sequentes facit:
 sic enim loquitur: Nos Magistrum nostrum vni-
 cum Christum in cœlis sequentes, donum cælibatus
 vocamus. Quod te cum isthac magnificentia, sed re-
 primo me, ne te digna, me ipso dicã indigna. Verùm
 quando personam tibi sumis plurimorum, quid vos
 dicatis, consideremus. Vocamus (inquis) donum
 cælibatus, castrationem propter regnum cœlorum.
 Bene facitis, qui hæctenus à Christi verbis, non re-
 ceditis: quod sequitur verò, & spiritum sanctitatis

Quam ma-
gnificè

Verborum
pompan.

O iii cælibis

cælibis, quo possunt, qui eo donati sunt, liberi à matrimonio, Deo hoc continentiùs adhærere, & diuina munia, quibus coniugium impedimento foret, obire eò expeditiùs & constantiùs, sic Bucerus. Hæc verò quædam grandiloquentia est, verba connectentis sanctissima quidem illa, sed eo contextu relata, vt facilè imponant non attentis. Sed expédamus singula: Nempe potissimas sanctificationis nostræ partes, à Spiritu esse, nemo negat, in qua tamen si nullæ nostræ forèt, nõ sic loqueretur Paulus nobis:

2. Theff. 4. Sciat vnusquisque vas suum possidere in sanctificatione. Vera loqueris Bucere, sed vt euertas verum, illud etiam non ἀπό τοῦ ἑαυτοῦ, sed τοῦ ἑτέρου mutatus, vt in statu definitionis, nõ à vera vi verbi, sed ex causæ tuæ commodo, definitionem sumas. Omnia tribus spiritui, cum quo nostra collata sic obscurantur, vt in ea collatione rectè dicantur nulla: & sunt tamen aliqua, de quibus etiam solis, Christus meminit, cùm diceret: Beati qui se castrauerunt propter regnum Dei: quod tamen verbum, non omnes capere dixit, sed quibus datum est, vt rei difficultatem in nobis agnoscentes, à Deo facilitatem impetremus. Quod addis autem, de muniis obeundis, profectò extra substantiam doni cælibatus est, nisi fortè fœminis neges competere cælibatus donum, quibus Deo quidem continentiùs adhærere expedit, vt regnum cœlorum expeditiùs assequantur, quum interim nulla sint munia obeunda fœminis,

minis, quin tacitè in silentio vitam degant, nec sese immisceant Ecclesiæ procurationibus, à sexu & conditione alienis. Non ergo recipio definitionem tuam doni: non enim exigeres, nisi ego donarem, quum in τῷ ἑκτῷ versamur, vnde istam tuam definitionem haud potes confirmare, vt indè nobis statuas, quod sumis docendū. Illud in definitione tua, non prætermittam, cælibatus donum, eiusmodi donum esse, etiã authore te, quo deo continentiùs adhæremus, vt quum duas esse donorum classes certum sit: alteras, quibus ad deũ ducimur ipsi: alteras, quibus dei organa efficiamur, & tanquam canales aquarum, ab ipso fonte in alios deriuandarum causa cõstituti, videlicet vt illis donis, nostra singulorum istis Ecclesiæ vniuersæ ædificatio constet, haud est cõsentaneũ cæteris tuis scriptis, vt dona diuersæ rationis, cuiusmodi sunt cælibatus & prophetiæ, sub vnâ destinationis & decreti dei ratione cõcludas: & quæ vniuscuiusq; priuatim salutem spectent, cum iis cõfundas, quæ ad vniuersæ Ecclesiæ ædificationem pertinent. Quare vt te vrgeam cõfessione tua, Si fit cælibatu, vt deo continentiùs adhæreamus, quod tu faceris: sequitur vltiorem quandam viam esse ad deum, cælibatũ. Cumque autẽ deo appropinquare, scriptura præcipiat (sic enĩ Iacobus: Appropiate deo, & appropinquabit vobis) concludendum est, quatenus nos deo continentiùs adhærere faciat cælibatus, eatenus inter præcepta petendorum contineri.

Regni

Donorum
Dei, duo
sunt genera.

Probatum ex
ipsa Buceri
definitione,
cælibatum
inter præ-
cepta peten-
dorum con-
tineri.

Iacob. 4.

Regni enim Dei aduentum, prece quotidiana edocemur petere, quo propius nos adueniat, hoc est, illi regno, id est, Deo regnanti, propius accedamus nos, & ei continentius adhæreamus: quod non locorum spatii, sed affectuum in Deum intentione æstimatur: quem effectum si præstet cælibatus, cælibatum etiam nominatim sine hæsitatione petamus, licet: quum hoc sit in nomine Filii, propriissime postulare, qui Filius videlicet ea causa, se ad nos, nostramq; humilitatem demisit, vt nos subueheret ad Patrem Deum, vt Deo appropinquare velimus, possimus, audeamus: qui etiam cum beatos pronunciauerit, qui sese castrauerint propter regnum cælorum, hoc est, spe regni cœlestis (vt interpretatur Hilarius) haud potest videri petitio de cælibatu à Christi nomine aliena, de cuius impetratione quis hæsitet: quum Christo authore fiat, & in eum tendat finem maxime, quem Christus spectauit vnice: vt qui eramus longe, eo ductore accederemus propius, & gradibus quibusdam beneficiorum, Deo adhæreamus continentius, quod fieri cælibatus dono fatetur Bucerus, id quod ego recipio, & puto verum. Quod si in hiis donis, quæ non accipientis proprie, sed Ecclesiæ ædificationem respiciunt, in quibus variè distribuendis, pro inscrutabili Dei iudicio, eiusdem spiritus distribuentis vnitatem, Paulus notat, aliquas tamen nostras esse partes, idem putat, vt sectemur, vt æmulemur: quanto id magis in iis facere par est, quæ nostrâ ipso-

ipforum contingant salutem, vt cū deo arctiùs coniungamur, illi continentius adhæreamus (quem Bucerus in cælibatu effectum fatetur) & regnum expeditius consequamur æternum, quod ipsum τὸ ἔκτρον docet. Sed redeo ad Buceri verba, qui post traditam definitionem doni cælibatus, in qua omittit exprimenda, addit non necessaria, animum suum ne deficiat, pascit, dum in e quasi ludentem notat in referia, quam ille pallio & barba seuerus, nihil nisi τὸ ἔκτρον loquatur, & verba spiritu suo quem iactat digna. Sic enim obiurgat. Impotentia (inquit) & ineptia corporis ad Venerem nomina sunt apta ludeti de rebus illis, propter quas Filius dei crucem subiit. Utinã Bucere nō iussisset ipse prior, nec me coëgisses res à te tractatas ridiculè, verbis ad id aptis explicare. Quod tu in cothurnis tuis innuebas nobis, vultu adeò subtristi, modis etiam grandibus intonabas, tanquam ex tragœdia: id ego expressi verbis significantibus, quæ nunc tibi videntur ludi speciem habere, quum te interim in proscenio ludentem, omnes videant, & res illas, propter quas Christus mortem subiit, conculcâtem. Sed ipsa tua signa perpendamus. Signa (inquis) collati doni cælibatus, vel coniugii, non facimus nullum vel aliquem ad Venerem motum sentire. At res ipsa, aliter de vobis loquitur planissimè, qui portum coniugii omnibus patère vultis, qui tentationum procellas, cum difficultate tolerant: solis impotentibus & ineptis non

P facitis

Examina-
tur signa
doni cæliba-
tus, à Buce-
ro assigna-
ta.

facitis de coniugio negocium . Sed audiamus ipsa
 quæ fateris signa, num quid certò significant quæ
 sunt arcanorum Dei. Parentum (inquis) & piorum
 atque sapientum in Christo cõsilia . En videlicet sig-
 norum primum. At ego istius signi subobscuri, aliud
 euidentius signum postulo . Nam vtcunque de pa-
 rentibus , nostra nobis credulitas facilè persuaserit,
 vnius mulierculæ relatione contenta: quo signo in-
 ternoscamus tamen à pio , impium: ab insipiente,
 eum qui in Christo sit sapiens, nisi te indicante, di-
 uinare nõ possum. Pietas enim & sapiëntia huiusmodi
 in pectore latet, quæ tametsi se profert aliquãdo, quia
 tamẽ Angelus Sathanæ, se nonnunquã transformat
 in Angelũ lucis, & omnia dicta ac facta hominũ sint
 simulationi obnoxia: de rebus tam dubiis, haud vi-
 deo, quæ queat aliquid signi colligi, vnde Dei cõsilia
 & decreta dinoscamus. Nempe hoc dicit (opinor) in
 summa Bucerus, cõsilia hominum piorũ & sapientũ,
 referre nobis cõsilia Dei, manãt videlicet ab illo fon-
 te, cõsilia piorũ. Rectè fanè, modò pios esse sciã & sa-
 piëntes ipsos, in Christo homines, de quibus si ambi-
 gã, quid superest, nisi principiũ petere, & signi signũ
 desiderare: Quæ porrò signa illa dicã diuinitus (quod
 memoras) oblatas functiones vitæ? cõsistit enĩ signũ
 hoc à cõiugatis: quod enĩ diuinitus est, id dubio pro-
 cul à Deo est: at ego in alterutro coniugatorũ æquè
 cæcutio. Quin vno verbo rem expedis, vt pro signo
 ponas loquentem in nobis Deum, & secreta reue-
 latione,

latione, hæc nobis indicantem? Alioqui verò quæ internoscã homúcio, diuinitus oblatas vitæ functiones, & obiecta pia negocia? Nimum obscura signa dicis Bucere, quæ leuissimo errore nostro: cuiusmodi obnoxia est nostra mens, facilè confunduntur: Deinde multis nulla sunt negocia, functiones nullę videlicet, qui antra deserti teneris sub annis ciuium turmas fugientes petunt, ne leui saltèm maculare vitã famine possent, nõsti carmen nonnihil immutatũ: sceminis autem quid valeant hæc signa, quibus in cęlibi quam vouent vita, proponuntur: orare, psallere, ieiunare? Hæc si negocia & functiones dicis, diuina sunt, sed communia: cætera nere lanam, texere telã, & quibus ocium fallit, sexus huius inertia, diuinitus an humanitus oblata sint, haud perspicientes illæ, cum operũ istorum nihil adhuc sit oblatum, id animi habent, tamen in vniuersum, prout honesta occasio tulerit, se, potiùs q̃ ocio torpeant, negociũ de quo nõ cogitarãt priùs, modò nõ turpe sit, libèter velle subire. Adeò verbis speciosis, vides te nihil dixisse. Sed pergis tu in explicandis signis, quæ reliqua duo facis. Alterum piam animorũ ad alterutrum vitæ genus propensionem, alterum animi tum corporis facultatem. De pia animorum propensione, ita tibi concedã, vt cũ animus sibiipsi de se mentiri nequeat, nec vllus in hoc signo, quatenus quidem significet, fucus esse possit: eatenus valet iudicio meo, vt qui sic afficiãtur: Deo volète ac probante, facere quod faciunt, videãtur. Pietas enim

P ii vera

Praclara q̃
dẽsigna, quę
rẽ planè obs-
curant, nõ
significant,
nempe Do-
mini sui si-
milis.

vera, non nisi à deo est, vt pia propensio cui sit, ea illi diuinitus data propensio existimetur. Neque puto quemquã vouentem placere deo, qui non pia propensione eò perducatur: at hoc est, internum vouenti signum, quod solis ipsis votariis luceat, quemadmodum ea quæ de animi & corporis facultatibus narras, quas ego facultates, non audeo sigillatim expendere, ne signi quid edam, irrideri te mihi. Profectò à facultatibus animi aut corporis, quæ industria & otio, vicissitudine quadam augentur & minuuntur, accedunt & recedunt, æstus in modum: nescio quod signum fingas eiusmodi, quo de immutabili Dei decreto, certus esse sibi de seipso quisq; queat: præsertim cum corpus, quod pabulo subducto ad cælibatus vitam facultatibus abundabat plurimum: idem ipsum lætiori herba pastum ad cælibatū ferè inutile effectum, contrà iam ad matrimonii munia, facultatibus ditescere & redundare incipiat: vt ex causis accidentibus, desultoria mutatione, translato signo, modò cælibatum, modò rursus coniugium pro mutabili varietate significet eligendum, nisi ad impotentiam & ineptiam, quam ex vobis notauit, redeas, id quod pro tua grauitate, ferre non potes. Ne leuitatis putes Lector, quòd scriptionis tedium mihi interdum subleuo, amèntiori tractatione, quàm res postulat. Est enim cum eiusmodi homine negotium, qui quanto tetrior, seuerior, grauior haberi postulet, tantò mihi magis irridendus videtur,
quum

quum sub illa persona, tam infana tradat. Cuiusmodi enim signiferum orbē, nobis depinxit hīc Archimēdes, vt conferendis istis signis, nēpe à consiliis parentum, non quorumlibet, sed piorum, sed sapientum in Christo hominum, à functionibus diuinitus oblati, ab obiectis piē negotiis, à facultatibus corporis, abditum & latens Dei iudicium, Dei decretum, Dei destinationem æstimet Ecclesia, quæ pronunciet Deum denegasse donum? A quibus suis signis, vstionē excipit Bucerus sequenti clausula, quā ego nō pono: vstionē enim omnibus, sine discrimine vouentium vel non vouentiū, ad matrimonium vult esse certissimum signum, adeò vt quod in me, aliis id verbis referente, cōnuiciis insectandum putauit: idem ab illo prolatum, pro graui & solida doctrina, ac certa matrimonii regula tenendum postulet, & æstimandum. Si vreris, nube (inquit) ni possis eam vstionem precibus & vera piāque carnis mortificatione depellere. Probari videlicet vult, num certum sit signum vstionis, ergo preces adhibendas censet, & carnis mortificationem, non quamuis, sed veram & piā, sub quibus verbis quid lateat interpretationis, soli pii, hoc est, Bucerani, norunt, qui Curios loquūtur, ac simulāt, & Bacchanalia viuunt. Nempe enim quanti fiat apud istos cælibatus, ex eo cernere est, quod disertè affirmet, per se cælibatum non esse gratum Deo: at hoc quā constanter vide, quum fateatur idem per cælibatum, nos continen-

Qui potest
cum Eccle-
sia, quando
secum ne-
queat con-
uenire?

tius adhærere Deo. Tunc ergo gratum esse Deo censet, vt nihil sit præterea, estne hoc inquam gratum, vti continentius adhæreamus? nam quod sequitur de regno cœlorum, sic profert Bucerus, quasi præsentis Ecclesię statum significet, quod eo nunquam sensu proferri fateor, quasi diceret, ob functiones in hoc regno cœlorum, id est, Ecclesia militanti obeundas, suscipiendum esse cœlibatum, alioqui ad stultarum virginum instar inutilem fore: sed aliter sentit Hilarius Bucer testis, qui tertium genus eunuchorum volûtate fieri, & spe regni cœlestis sibi decernere cœlibatû scribit. Vereor Lector, ne te enecem tædio harum neniaram, & à quibus ego libenter abstineo, & tamē contra animi propositû, protrahor longiùs q̄ destinaram. Sed me cōtrahā, & fines mihi ac cancellos circundabo, vltra quos progredi nō licebit. Ostendi Bucer in citandis testibus vanitatē. Quam nō patrocinetur illi τὸ ἔκτοσ docui, interim diluēs & cōuellēs plurima, quæ ille pro oraculis iactitarat. Signorū eius ordinē & status explicui. Restat illud, vt quæ ille deinceps, aut ex scripturis aut patribus attulerit, q̄ verè id faciat, quantumq; valeāt bene intellecta, causam etiā ipsam quatenus iuuent, examinemus: quę cū absoluero, te Lectorem dimittā: quod verò interim faciā, bona tua venia vt fiat, etiam atq; etiam obtestor humanitatem tuam. Tractat Bucerus illud Pauli ad Thimoteum & Titum: Episcopus sit vnus vxoris maritus, & me facit patro-

Expenditur
illud dictū
Pauli: Sit E-
piscop' vni'
vxoris ma-
ritus.

patronum Romanensium legum, quas dicit, cum hoc ex diametro pugnare, ita videlicet me trahit in inuidiam dicendi artifex: flagellat hinc Hieronymum suum testem, & τὸ ἕκτομ obiicit, hoc est Latino homini, verbum Græcum: nam quam vim hoc loco habeat, prætereà non video. Quod factum est testatur Hieronymus, rectè aut secùs factum quod testatur viderint docti, certè ni ita fuisset, haud crediderim Hieronymum relaturum. Appellatur conscientia mea, num possit à patribus lex statui ad salutem necessaria. Multum tribuitur interpretationi Chrysofomi, & vrgetur τὸ ἕκτομ ex Paulo: Sit Episcopus vnus vxoris vir, hoc est secùdum Chrysofomum possit esse: sic enim explicat ea verba ad Titum: Cæterùm qui sic interpretatur verbum (sit) vt significet posse, hoc est licere, declarat profectò rei libertatem, vt possit etiam non esse. Verùm enim uerò, cùm Bucerus tantum tribuat Chrysofomo, tum hinc, tum alibi, vt vnum censeat

καὶ ἕνα ἀνδρῶν ἀλλοτρῶν: subiiciam ex Chrysofomo locum de patientia Iob, homilia tertia in hæc verba: Paulus enim Apostolus, vbi ad gentes proficiscitur, summum virtutis pondus, illis non imposuit: sed vbi in orbe, adulteriis, fornicationibusque repleto, voluit orbis pastores constituere, & quoniam virtutes rarò inueniebantur, Episcopos ordinans, Tito dixit: Constitue Episcopos, sicut ego disposui tibi, si quis est sine crimine. Porrò

(irre-

Chrysofomus.

(irreprehensibile) tunc locum non habuit, quando-
quidem pietatis vigor deficiebat. Magnum, irrepre-
hensibilem esse: medium autem, sine crimine esse,
magnum malum in hominibus, vel exiguum bonum,
& propterea dixit, (Et vnus vxoris virum) non ea
ratione, quod id nunc in Ecclesia obseruetur (opor-
tet enim omni prorsus castitate sacerdotem orna-
tum esse), sed quod id quandoque ad eos, qui in for-
nicatione erant, magnum fuit: ideo dicit, Constitue
Episcopos, sicut ego disposui tibi: Si quis est sine cri-
mine vnus vxoris vir, non quod id legis loco po-
suerit, sed quod errori ignoscebat. Sciebat enim,
quoniam florente pietatis verbo, sua industria bo-
num sibi natura vendicabat. Hactenus Chryso-
stomus, qui, num apertè Bucerum reprobet, cum tota
eiusdem de calibatus tractatione: num etiam con-
sentiat cum Hieronymo Buceri teste, tu ipse Lector
dispice. Porrò autem, si oportet in Ecclesia, omni
prorsus castitate ornatum esse sacerdotem, iis Ecclē-
się temporibus (quod Chrysostomus ait) de autho-
ritate quidem constituendi non loquor: at castita-
tem huiusmodi, idoneam esse legis materiã, & con-
uenientem à Chrysostomo tuo edoctus, fateri de-
beas, cum scripserit sic fieri oportere, idque explicans
rò ἑνός, cui tu inniteris. Sed ab hiis infirmis, facit sibi
gradum Bucerus, ad infirmiora: nam quo ore ob-
iicit Romanensium in quibusdam nõ rectè facta, in
hoc vt Canonem Ecclesię improbet, tum sanctum,
tum

Næ ille bo-
nam habet
causam, qui
pro firmissi-
mo arg. ho-
minū vitia
per calūniã
cogitet arri-
pere.

rò ἑνός

rum pium? Qua tandem consecutione infert Bucerus, malorum hominum non rectè facta, pias bonorum improbare leges? Non erit secundum Bucerum bona lex cælibatus, quòd Romanenses violent alios plures sanctos Canones, dum homines multis flagitiis nobilitatos, euehât ad sacerdotia. Sed est, quod sequitur, nõ minùs insanum, quod à Chrysofostomo sumit, qui piè quidè explicat absolutam castitatem, in vna castitatis parte non contineri: id quod eo rapit Bucerus, vt corporis castitas videatur eo nomine contemnenda, quòd non in corporis continentia sit absoluta castitas: non dissimiliter atque vulgò idiotæ faciūt, qui in externas cæremonias, sine mète debacchantur, quasi diceret, corpus sine anima nihil est: Scientia sine charitate inflat: ergo scientia simpliciter improbanda est. Est aliquid Bucere, prodire tenus, si non datur vltra. Est etiam quædam fateor loquendi figura in scripturis, vt inferiùs superiori, aut minus maiori collatum, quadã quasi obscuratione denegetur: veluti, Neq; qui rigat, neq; qui plátat, est 1. Corinth. 3 aliquid, sed qui incrementum dat, Deus. Sunt quidem vterque, & qui rigat, & qui plantat, aliquid, si seorsum considerentur: sed ad Deum collati, nihil sunt, vt est lux lychni in lumine solis. Ad hunc modum, cum potior pars nostri animus sit, non in solo corpore spectatur castitas, quæ eam modò Venerem arceat, & corporis contineat libidines: sed quæ abstineat à cæteris mundi curis, ne illis vacet,

Q vel

vel implicetur. Non contenditur quid sit re ipsa absolutum & totum, sed quæ sunt partes totius absoluti, num fundamentum & parietes sunt legitimæ partes ædium, quòd nisi tectum imponatur, ædes nõ perficiuntur. Num abstinere à cibis, ieiunium nõ est, quòd addita vitiorum continentia verè absoluat ieiunium, & placeat Deo? Et quàm intempestiuè, cùm de cibis sermo fieret, de vitis quis ingerat disputatione: tã extra causam versatur Bucer^o in hoc loco, quã ad castitatis corporalis tractatione adhibet de animi libertate, sermonè. Verũ quid faciat, vt causa est, ita se paret ad facundiam Rhetor, si parum in causa habeat, quod dicat, aliudè accersat, & mutuetur oportet, vt chartas infarciat, & impleat verbis. Quo consilio captat occasione citandi Hieronymi, quo doceat maritũ à seculo liberũ, in Ecclesia præferendũ aliquãdo cælibi. Cuius Hieronymi verba, ego subiiciã, cui credẽdo, disces quantũ Bucero sit credendũ: quin opere precium arbitror, hac in parte Buceri verba præponere, vt ipse habet, deinde Hieronymũ integrum addere. Quocirca sancti patres tanti cælibatum nunquã fecerunt, tametsi eũ permagni fecerint, quin censuerint Ecclesiis maritos potius esse præficiendos, qui seculi negotiis repudiatis, cœlestibus curis essent amplius dediti, quã virgines, qui in vero religionis studio essent remissiores: de quo diuus Hieronymus cõtra Iouinianum ista scripsit: Et quomodo, inquires, frequenter in ordinatione sacerdotali, virgo negligitur, & ma-

Verbosus
rhetor char-
tas cõsumere
natus.

Bucerus.

» & maritus assumitur: quia fortè cætera opera non
 » habet virginitati congruentia: aut virgo putatur, &
 » non est: aut est virginitas infamis: aut certè ipsa virgi-
 » nitas ei parit superbiã, & dũ sibi plaudit de sola cor-
 » poris castitate, virtutes ceteras negligit: nõ fouet pau-
 » peres: pecuniæ cupidus est. Hæc ille. En, reiici iure à
 » sacro ministerio agnoscit hic vir Dei, nõ solùm eos,
 » quorũ virginitas sit mentita, quorumq; infamis &
 » suspecta: imò etiam eos, quorũ virginitati cætere vir-
 » tutes & opera virginitati congruentia desint: qui
 » nõ foueant pauperes, qui pecuniæ sunt cupidiores:
 Hæc Bucerus. Sed ipsum audiamus Hieronymum,
 hac de re fusiùs differentem. Et quomodo, in-
 quies, frequenter in Ordinatione Sacerdotali, vir-
 go negligitur, & maritus assumitur? Quia fortè cæ-
 tera opera non habet virginitati congruentia: aut
 virgo putatur, & non est: aut est virginitas infa-
 mis: aut certè ipsa virginitas ei parit superbiam,
 & dum sibi applaudit de sola corporis castitate, vir-
 tutes cæteras negligit. Non fouet pauperes, pecu-
 niæ cupidior est. Euenit interdum, vt tristior vultus,
 adductum supercilium, incessus pomparum fer-
 culis similis, offendat populum: & quia nihil habet
 quod reprehendat in vita, habitum solum oderit &
 incessum. Multi eliguntur nõ amore sui, sed alterius
 odio. In plerisque suffragium meretur sola simpli-
 citas, & alterius prudentiæ & calliditati quasi maliciæ
 opponuntur. Nonnunq̃ errat plebis vulgic; iudiciũ,

Q u i & in

Hieronymus
 cõtra Iouin-
 nianũ, lib. 1.

Oportet,
quam vim
habet.

Vnius vxoris
vir, id est
qui vnū ha-
buerit, non
habet.

& in sacerdotibus comprobandis, vnusquisque suis moribus fauet: vt non tam bonum, quā sui similem quærat præpositū. Euenit aliquoties, vt mariti, quæ pars maior in populo est, maritis, quasi sibi applaudant, & in eo se arbitrentur minores non esse virginibus, si maritum virgini præferant. Dicam aliquid quod forsitan cum multorū offensā dicturus sum, sed boni mihi non irrascentur, quia eos peccati conscientia non remordebit. Interdū hoc & Pontificū vitio accidit, qui non meliores, sed argutiores in clerum allegunt, & simplices quosque atque innocētes inhabiles putāt, vel affinibus & cognatis quasi terrenæ militiæ officia largiuntur, siue diuitum obediunt iussioni: Quodque his peius est, illis clericatus donant gradum, quorum sunt obsequiis deliniti. Alioqui si iuxta sententiam Apostoli, nō erunt Episcopi nisi mariti, ipse Apostolus Episcopus esse non debuit, qui dixit: Volo autem omnes sic esse, sicut ego sum. Et Ioannes indignus hoc gradu existimabitur, & omnes virgines & continētes, quibus quasi pulcherrimis gemmis Ecclesiæ monile decoratur: Episcopus, & presbyter, & Diaconns nō sunt meritorum nomina, sed officiorum. Nec dicitur: Si quis Episcopatum desiderat, bonum desiderat gradū, sed bonū opus desiderat: quod in maiori ordine constitutus, possit si velit occasionem exercendarum habere virtutum. Oportet ergo Episcopum irreprehensibilem esse, vt nulli vitio mancipatus sit:

vnius

vnus vxoris virum, qui vnā vxorem habuerit, non habeat: Hæc Hieronymus, in cuius verbis agnosces, & fidem rei gestæ testem, & fidum ac syncerum scripturæ interpretē. Quid fieri vulgò consueuerat in deligendis Episcopis, verè narrat, quod est hominis probi: quid autem ipse fieri oportere ea in re sentiat, & scripturis consonum, id quoq; subiicit, quod hominis est, tum probi, tum docti. Vide cōtrā synceritatem Buceri, historiam excerptit, quasi narrantis iudicium, & hanc tibi citat Buceri simplicitas, ex eo etiam authore, cuius sententia se videt planè euersum. Affirmat enim vltimis verbis Hieronymus, non posse esse Episcopum qui habeat vxorem. Ne mihi credas, sed ipsi Hieronymo, quem si cito truncatum aut mutilum, quod Bucerus promeritus est, ego subeam. Quæ in me scribit Bucerus, non refellam, vt enim à bonis laudari honestum est, sic & à malis, malè audire, & reprehendi. Illud agam potiùs, vt Buceri fidem cernas in cæteris. Citat Epiphaniū, interim si est eo dignus elogio Epiphanius, quod Bucerus tribuit: qui fit vt referat suo tempore, vbi canones synceriter seruarentur, nō fuisse susceptos in ordinem presbyterorum, diaconorum, & hypodiakonorum, nisi qui vel absque vxore essent, vel ab vxore se continerent? Quid audio ex Bucero ipso? Vir Dei loquitur Canones de cælibatu, & Canones synceriter obseruatos. Dices narrare historiā, referre quod gestum est, quod ego tibi in Hieronymo obiiciebam,

Q iii non

non probare autem quod narrat iudicio suo. Ergo postquam Bucerus tribuit homini auctoritatē tantam, vt vir Dei appelletur, quā non sit vir Dei Bucerus, ex eodē Epiphanio cognoscetis. Sic enim scribit in eo capite, quo confutat hāresim Apostolicorum. Tradiderunt (inquit) sancti Dei Apostoli, peccatum esse post decretam virginitatem ad nuptias conuerti: Sed præstat audire Epiphanium cōtra Catharos, qui sic habet. Reuera enim nō suscipit sancta Dei prædicatio post Christi aduentum, eos qui à nuptiis, mortua ipsorum vxore, secūdis nuptiis coniuncti sunt, propter excellentē Sacerdotii honorem ac dignitatem. Et hęc certò sancta Dei Ecclesia cum synceritate obseruat. Sed & adhuc viuentem & liberos gignentem vnus vxoris virum non suscipit, sed cum qui se ab vna continuit, aut in viduitate vixit. Diaconum, & Presbyterum, & Episcopum, & Hypodiamonū: maximè vbi synceri sunt Canones Ecclesiastici: At dices mihi omnino in quibusdā locis, adhuc liberos gignere Presbyteros, & Diaconos, & Hypodiamonos. At hoc non est iuxta Canonem, sed iuxta hominum mentem, quæ per tempus elanguit, & propter multitudinem quum non inueniretur ministerium. Nam quod decentius est, id semper Ecclesia per Spiritum sanctum bene disposita, vidēs, statuit apparare, vt cultus diuini indistracti Deo perficerentur, & spirituales necessitates cum omni beneuolā conscientia peragerentur: dico autem quod
decorum

decorum est propter repentina ministeria ac necessitates, vt Presbyter & Diaconus & Episcopus Deo deditus sit. Si enim etiam populo præcipit sanctus Apostolus dicens: Vt ad tempus vacent orationi: quanto magis Sacerdoti idem præcipit? vt indistractus sit (inquam) ad vacandum secundum Deum sacerdotio: quod in spiritualibus necessitatibus ac vfiibus perficitur. Hæc Epiphanius, in quo viro Dei, (sic enim de illo prædicat Bucerus) claram & dilucidam distinctionem Canonum Ecclesię vides de cęlibatu & cõtinencia Sacerdotũ, quibus synceritatẽ tribuit, & mentẽ hominũ itẽ aliter obseruantĩũ, quibus languorem tribuit & necessitatem. In Canone & Ecclesię regula, Spiritum sanctũ, omnia benẽ disponentem agnoscit: In hominũ moribus, temporum necessitates excusat. Bucerus verò quid agit? mores defendit hominum, spiritũ Dei reiicit. Quod rarò aut nõ frequenter factum legerit, id ad ordinum auctoritatem produci postulat: quod autẽ nemo semper debuisse fieri intelligit, quodque in hoc viro Dei sanctũ legit, id sibi impugnandũ & refellendum suscipit. An fortẽ hæc sobrius scripsit Bucerus, aut putauit a sobriis legẽda quũ scripserat? Sed agit causam maritorũ, bis maritus Bucerus: idq; nõ iuxta τὸ ἔκτρον quod profitetur, sed ambitiosorũ Rhetorũ more, cũ inuidia, dolo, machinis, vt euiccat quoquo modo, in quo vincẽdũ statuit. Vt enĩ ira percito, pro telo est, quicquid ad manũ est, sic huic rapiũtur oĩa in argumẽtũ.

Proponit

Bucerus mores hominũ defendit, spiritũ Dei reiicit.

Vicit vinũ quod bibit.

Eusebius.

Proponit sibi probandum & confirmandum, veteris Ecclesiæ Episcopos, solere homines maritos sibi ipsis præferre ad docendum populum: Sic etenim in marginalē annotatiunculam referendum censuit, quasi claris documentis id potuisset euincere. Quid adducit autem, nempe fragmentum historiæ ex Eusebio? Ille verò quid narrat? Audias ipsius Eusebii verba. Per idem verò tempus: cum apud Alexandriam in verbi Dei studiis exerceretur, adest vir quidam militaris, epistolas ei & Demetrio Episcopo, sed & Præfecto tunc Aegypti, à duce Arabiæ deferrens, cum omni velocitate & instantia Originem illò vsque orante emitti, vt sibi de fide Christi, quam per eum clarissimè prædicari, frequens nuntiabat fama, differeret. A quibus exhortatus abiit, edocuit, crediderunt, rediit. Post aliquantum verò tempus, apud Alexandriam bello ciuili exorto, alius aliò, ipse ad Palestinæ partes secessit, & apud Cæsaream morabatur, vbi & disputandi in Ecclesia, atq; explanandi diuinas Scripturas ei ab Episcopis iniungebatur officium, & quidem necdum præbyteri sibi ordinatione collata, sicut relatum inuenimus in epistola Alexandri rescribētis Demetrio, post multum tempus hæc ipsa culpanti. Scripsit autem hoc modo: Quod autem addidisti in literis tuis, quia nunquam auditum, aut aliquando factum sit, vt præsentibus Episcopis laici disputent. Nescio quam ob causam tam apertum mendacium asserere volueris, cum
 consue-

consuetudo hæc sit, vt sicubi inueniantur qui possint fratres instruere in Ecclesia, & consolari populum, ad tractandum semper à sanctis Episcopis inuitentur. Sicut Euelpius à fratre nostro Neone apud Landos, & Paulinus à Celso apud Iconium, & apud Synadam Theodorus ab Attico. Non autem dubium est, quòd & alii plurimi in aliis locis, si qui sint, qui possint opus Dei in verbo & doctrina competenter explere, ad hoc ipsum à sanctis Episcopis inuitentur. Hæc Eusebius: Vbi de Origene legis, raro eruditionis exemplo, honorem illi delatum etiam insolitum, quod improbantibus tamen nonnullis, vides cõtigisse, vt & eius qui id fecisset, egeret defensione: at in quo homine? quem orbis vidit eruditissimum. Nondum presbyterum fuisse constat: maritum autem fuisse non tradit Eusebius, nec ibi de maritis vlla mentio. Qua in re, eam concertationem vides, vt quod Alexander consuetudinis fuisse scribat videlicet, qui factum defendit, ille contra, qui infimulat, nunquam esse aut auditum aut factum audet affirmare, quod is qui fecerat contra tuetur, & audet mendacium appellare. Tota res controuersa est, ex qua nihil statui potest, ad inducendum morem, quod Bucerus contendit: Sed nihil habeo necesse de hoc pluribus agere, postquam integram tibi historiam, suis verbis edidi: facit Bucerus quod muscæ solent,

ἐν τοῖς ἡμῶν σαδισοῖς heret, vt inde exugat, quo reficiatur.

Qui si quid aliquo vno casu prætermissum, con-

R cessum

Nota, ex quibus locis Bucerus argumeta sua ducat.

cessum, remissum legerit, aut more non integro aliquando neglectum. Si quis quod animo leuiori perditus, putauerit indulgendum, si ad populi ingenium temporis causa ferendum: Si quacumque; œconomie ratione, dissimulandum existimauerit hos sue inuentionis locos ducit Bucerus, hos rimatur, scrutatur, inuestigat, ut quod semel accidisse legerit, aut quoquo modo factum fuisse id ita semper & perpetuo licere, semper sic fieri posse, & fieri ad eum debere, grauissimè cõtedat. Atque ut ad hanc causam veniam, vota solennia & priuata, quæ summa ratione distinguuntur, omnino confundit, & quod in voti priuati violatione, minori cum scádalo condonanda legitur: ad solennis voti enervationem pertrahit violenter. Citat Augustinum de bono viduitatis, quæ egotibi sistam presentem, ut ipse iudices ab inspectione, nec mihi credas referenti, sed oculis tuis. Sic habet Augustinus. Sed quoniam sicut ait Dominus: Non omnes capiunt verbum hoc, quæ potest ergo capere, capiat: quæ se non continet, nubat: quæ non capit, deliberet: quæ aggressa est, perseueret: nulla aduersario detur occasio, nulla Christo subtrahatur oblatio. In coniugali quippe vinculo si pudicitia non seruatur, dånatio non timetur, sed in viduali & virginali continetia, excellentia muneris amplioris expetitur: qua expetita & electa, & voti debito oblata, iam non solum capessere nuptias, sed etiam si non nubatur, nubere velle dånabile est. Nam ut hoc demonstraret Apostolus, non ait, cum in deliciis egerint, in Christo nubunt, sed nubere volunt: habentes, inquit dånationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt:

Augustinus
Cap. 9.

fecerunt: & si nō nubendo, sed tamen volendo: non quia ipsæ nuptiæ vel etiã taliũ dānandæ indicentur: sed dānatur propositi fraus, dānatur fracta voti fides, dānatur nō susceptio ex bono inferiore, sed ruina ex bono superiore: postremò damnantur tales, nō quia cōiugalē fidē posteriùs inierunt, sed quia cōtinentiæ primã fidem irritam fecerunt. Quod vt breuiter insinuet Apostolus, noluit eos dicere habere dānationē, quæ post amplioris sanctitatis propositũ nubũt, nō quia nō dānentur, sed ne in eis ipsæ nuptiæ damnari putarẽtur. Sed cū dixisset, nubere volũt, cōtinuo addidit, Habẽtes dānationē. Et dixit quare, quoniã primã fidē irritã fecerũt, ut volũtatē, quæ à pposito cecidit, appareat esse dānatã, siue subsequãtur nuptiæ, siue desint. Proindẽ qui dicũt taliũ nuptias nō esse nuptias, sed potiùs adulteria, non mihi videntur satis acutè ac diligẽter cōsiderare qd dicãt: fallit eos qppe similitudo veritatis. Quia enĩ cōiugiũ Christi dicũtur eligere, q̄ christiana sanctitate nō nubũt, hinc argumẽtatur qdã dicẽtes, si viro suo viuo, quẽ alteri nubit adultera est, sicut ipse Domin⁹ in Euãgelio definiuit: viuo ergo christo, cui mors vltra nō dominatur, quẽ cōiugium eius elegerat, si homini nubit adultera est. Qui hoc dicũt, acutè quidẽ mouẽtur, sed parũ attendunt hanc argumẽtationem quanta rerum sequatur absurditas. Cum enĩ laudabiliter etiã viuento viro ex eius consensu cōtinentiam fœmina Christo voueat, iam secundũ istorũ rationem, nulla hoc facere debet,

R ii ne ipsum

Cap. 10.

Mact. 10. 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 20
 21
 22
 23
 24
 25
 26
 27
 28
 29
 30
 31
 32
 33
 34
 35
 36
 37
 38
 39
 40
 41
 42
 43
 44
 45
 46
 47
 48
 49
 50
 51
 52
 53
 54
 55
 56
 57
 58
 59
 60
 61
 62
 63
 64
 65
 66
 67
 68
 69
 70
 71
 72
 73
 74
 75
 76
 77
 78
 79
 80
 81
 82
 83
 84
 85
 86
 87
 88
 89
 90
 91
 92
 93
 94
 95
 96
 97
 98
 99
 100

ne ipsum Christum (quod sentire nefas est) adulterum faciat, cui viuentem viro nubit. Deinde cum primæ nuptiæ melioris sint meriti, quàm secundæ, absit, vt sanctarum viduarum iste sit sensus: vt Christus eis videatur quasi secundus maritus. Ipsum enim habebant & antea, quando viris suis fideliter seruebant subditæ, non carnaliter, sed spiritualiter virum: cui Ecclesia ipsa, cuius membra sunt, coniunx est: quæ fidei, spei, charitatis integritate, non in solis virginibus sanctis, sed etiam in viduis & coniugatis fidelibus, tota virgo est. Vniuersæ quippe Ecclesiæ, cuius ille omnes membra sunt, Apostolus dicit: Aptauit vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Nouit autem ille coniugem virginem sine corruptione foetare, quem in ipsa etiam carne potuit mater sine corruptione procreare: fit autem per hanc minus consideratam opinionem, qua putant lapsarum à sancto proposito foeminarum, si nupserint, non esse coniugia, non paruum malum, vt à maritis separentur vxores, quasi adulteræ sint, non vxores: & cum volunt eas separatas reddere continentia, faciunt maritos earum adulteros viros, cum suis vxoribus viuis, alteras duxerint. Quapropter non possum quidem dicere à proposito meliore lapsas, si nupserint, foeminas, adulteria esse, non coniugia: sed planè non dubitauerim dicere, lapsus & ruinas à castitate sanctiore, quæ vouetur Deo, adulteriis esse peiores: si enim, quod nullo modo dubitandum est, ad offensionem

Hæc scripsit
Augustin⁹,
quædo Ec-
clesia de
hac re nõdū
definierat.

Cap. II.

sionem Christi pertinet, cum membrum eius fidem
 non seruat marito: quanto grauius offenditur, cum
 illi ipsi nõ seruatur fides, in eo quod exigit oblatum,
 * qui non exigerat offerendum? Cum enim quisque * quod
 non reddit, quod non imperio compulsus, sed con-
 silio admonitus vouit: tanto magis fraudati voti au-
 get iniquitatem, quanto minus habuit vouendi ne-
 cessitatem. Hæc ideo disputo, ne arbitreris vel secun-
 das nuptias crimen esse: vel quascunq; nuptias, cum
 sint nuptiæ, malum esse. Non itaq; illas abs te dam-
 natas velis esse, sed spretas. Bonum ergo continentia
 vidualis luculentius decet, cum pro illo vouendo &
 profitendo possunt contemnere foemina, quod &
 libet & licet. Sed post voti professionem perseueran-
 ter frænandum & vincendum est quod libet, quia
 iam non licet. Hæc Augustinus, in quo perpen-
 dendo, sententiam agnosces hominis christianè eru-
 diti, qui nec excussæ causæ *anglicanæ* præteriit, nec de re
 & causa aliter sentit, quàm vt illi cum cæteris conue-
 niat orthodoxis. Nuptias post votum definit non
 licere, imò qui vouerunt, eos velle modò nubere, ex
 Pauli sensu quem citat, putat esse damnabile, & con-
 cludit iis verbis: Post voti professionem, perseueran-
 ter frenandum & vincendum est, quod libet, quia
 iam non licet. Nihil audis de te Bucere, & coniugio
 tuo illicito, si qua est autoritas Augustini? Tu verò
 ad hæc tam claras viri sancti & docti voces, surdus, ad
 subtiliorem eiusdem disquisitionem prouocas: nèpe
 R iii enim

enim, ne nuptias dānare videretur Augustinus, impro-
 probato videlicet nuptiarum nomine, in iis qui post
 votum contraxerunt, & eiusmodi appellatione in-
 ducta, quæ tales coitiones esse adulteria significaret,
 sic ait, non damnari nuptias ipsas, in iis qui vouerūt,
 quum sint natura ipsa sanctæ, sed damnari volunta-
 tem contrahentiū, nec esse concubitus in iis nuptiis
 adulteria, sed adulteriis peiores, vt si lege Iulia de adul-
 teriis tecum Bucere eo nomine ageretur, quod post
 post votum Deo oblatum cū ea quam tenes, vt con-
 iugem cohabitares: paratam haberes ex Augustino
 defensionem, qua alieno nomine notatū crimen &
 in formulam redactum accusatoriam verbis minus
 propriis, communi reorum beneficio eluderet, cui
 tamē tibi ex Augustino sic esset allegandū: Non est
 hoc quod obiicis adulteriū, sed adulterio peius, quasi
 furti infimulatus, sic se tueatur: Non est furtū quod
 obiicis, sed sacrilegium. Et si de nuptiis agatur tuis,
 quas quis minus subtiliter damnandas dixerit, tu de-
 fendas ex Augustino non damnari nuptias, sed te &
 voluntatem tuam, qui re per se bona, sis malè
 abusus. Cæterùm quid hoc ad causam, qua quæritur,
 an liceat? an permittendum? concedendum? quod
 ipse verbis vrget & factis? in quo si Augustinus ad
 nos è cœlo demitteretur, vt te authoritate sua, fran-
 geret, veritatem firmaret, haud posset sanè clariori-
 bus, apertionibus, & sonantibus magis ac significan-
 tibus verbis effari veritatem dogmatis in hac causa,
 quam

Vide quo-
 modo nup-
 tias suas de-
 fendit Buce-
 rus sentētia
 Augustini.

quàm istis fecit, quæ caput vndecimum claudunt, quæ iterum repetam, bis antea recitata. Post voti professionem perseveranter frænandum & vincendum est, quod libet, quia iam non licet. Audis frænorum, audis vinculorum in metaphora mentionem, & eorum quasi perpetuam per perseverantiam iniectionem notatam, ne liceat à voto matrimonium petere. At permittit aliquando Cy-

Cyprianus.

prianus à voto nuptias: permittit quidem voto privato obnoxiiis, vt in malorum angustiis, quod minus erat, dissimularet bonus pater & pastor pius: quod vt tibi concedam, an grauius in te esse vllum testimonium potest, quo doceatur non licere id, quod tu defendis? Enimuerò Bucere quod rarò permiffum est quibusdam, de quibus quales vsquequaque fuerant, haud constat aperte, inde tu argumenta petis, vt licita probes, quæ aliquando sunt permiffa aliquibus, nunquam remiffa omnibus? Quod datum est aliquando paruulis, quod permiffum rudibus, quod in angustiis malorum toleratum, inde tu nobis Canones conficiendos dices Ecclesiarum instaurator & repurgator, vt conculcatis iustæ & feuerioris ac syncerioris disciplinæ regulis, extraordinarias censuras recipiamus, quas à patribus piis hominum & temporum iniquitate expressas verius quàm libero iudicio editas liceat perspicere? Nemo Bucere in te feuerius loquitur, quam Epiphanius, quem ipse me
non

Quales Canones conficit nobis Bucerus, Ecclesiarum repugnantor.

Epiphanius
contra Apo-
stolicos.

non repugnante, fateris virum Dei. At hinc idem fa-
teor, distinctione inter *κρῖμα* & *κατὰ κρῖμα* adhibita, ex-
tremè perditos subleuare conatur potius permisso
coniugii vsu, quàm vt occultis iaculis, quotidie fau-
cientur: quibus verbis verecùdè exprimit, profusam
& perditam paucorum libidinem, seueritatis remis-
sione (si ita res tulerit) quoquo modo infringendam
& comprimendam. Quod vt sit in œconomia non
improbandum, videlicet quò maius malum vite-
tur, & in vno aliquo aut quibusdam dissimuládum,
quod aliter corrigere non datur: non video tamen,
quomodo hinc euincat Bucerus, quod ad status cau-
sam conducere videatur, vt quod in perditæ & de-
ploratæ nequitia hominibus toleratur, in commu-
nem siue libertatis siue licentiæ legem, afferatur, quæ
est propria mihi cum Bucero contentio, vt necesse
non habeam, aut patrum improbare extraordinaria
facta, aut quod aliquando factum, aut ab aliquo vno
aut altero permiffum, quòdve benigniori interpre-
tatione ad expediendas malorum angustias, pio ani-
mi proposito excogitatum fuerit, id ad veri, iusti,
æqui, liciti, rationē, fatear respondere, maximè quum
Bucerus distinctionem votorum reiiciat, qua, quæ
videntur inter se collidere, dissoluerentur. Etsi enim
concessero vtriusque voti, siue priuati, siue solennis,
eandem apud Deum rationem esse, quod est tamen
secùs, sed si eam contentionem remisero, vt quem-
admodum christianus iniuratus, perinde vt iuratus
oblige-

obligetur, sic solenne à priuato voto, non discrepet: est tamen profectò quod interfit apud homines, vt Ecclesiæ preces & vota, quæ in omni voto solenni adhibentur, non videantur à Deo sic neglecta, vt qui votum Deo apud Ecclesiam obtulerit, eadem Ecclesia iudice vtatur, quo se ab omni culpa, siue quæ à crapula, siue quæ ab ocio contracta sit absoluto, profusæ & effrenatæ libidinis impotentiã, Deo imputet, qui nõ dedit donũ, qui voto oblato non adfuit, qui vouentis & Ecclesiæ preces reiecit, etsi Buceri somnium audimus, qui suum decretum circumscripserit certis quibusdã electis, inter quos hic, de quo agitur, non sit numeratus, cui Deus etiam si velit (non potest autem velle contrã quã decreuerat) haud possit opitulari: cuiusmodi profectò absurditates, hæc doctrina parit, quam Bucerus tanto supercilio inuehere conatur. Tum autẽ quæ est hominis impudẽtia, ipsos haud veretur citare Canones, idq; in margine seorsum annotatos, quasi causam suam adiuuent, quorum Canonum qui citantur ex 23. distinct. in cap. Quidam, non reperio, cæteros addam, etiam totum illud (nuptiarum ex Augustino, quem suprã habes, extraxerat Gratianus, decretorum contexendorum author) sed ne quid desideres, omnia subiiciam. Nuptiarum bonũ semper quidem bonum est: quod bonum semper in populo Dei fuit: sed aliquando fuit legis obsequium: nunc est infirmitatis remedium: in quibusdam verò hu-

S manitatis

Causa 27.
questione 2.

manitatis solatium : filiorum quippe procreationi operã dare , nõ canino more per vsum promiscuum foeminarum, sed honesto ordine coniugali: nunc est in homine probandus affectus: & ipsum tamen laudabiliùs transcēdit & vincit cœlestia cogitãs * animo christianus: sed quoniam sicut ait Dominus: Non omnes capiunt verbum hoc: qui potest ergo capere, capiat: quæ se non continet, nubat: quæ non cœpit, * aggressa deliberet: quæ * egressa est, perseueret: nulla aduersario detur occasio: nulla Christo subtrahatur oblatio. * con In coniugali quippe vinculo, si pudicitia * non seruetur, damnatio non timetur: sed in virginali, & in viduali, continētia, excellētia muneris amplioris expetit: qua expetita & electa & * voto debito * oblato, * voti * oblata iam non solùm capeffere nuptias: sed etiam si non * nubatur * nubant, nubere velle damnabile est. Nam vt hoc * non ait demonstraret Apostolus * ait: * Non cùm in deliciis * egerint * degerint, nubunt in Christo, sed nubere volunt: habentes (inquit) damnationem, quoniã primam fidem irritam fecerunt: & si non nubendo, tamen volendo: non quia ipsæ nuptiæ, vel etiam talium damnandæ * iudicantur, sed damnatur propositi fraus: * iudicatur * fracta damnatur voti * fracti fides: damnatur non solùm susceptio à bono inferiori, sed ruina ex bono superiori: postremò damnantur tales, nõ quia coniugale fidē posteriùs inierūt: sed quia continentiaē fidē primã irritã fecerunt: quod vt breuiter insinuaret Apostolus: noluit dicere, eas habere dānationē, quæ post amplioris

amplioris propositū sanctitatis, nubunt: nō quia non
 *damnantur, sed ne in eis ipsæ nuptiæ dānari puta-
 rentur: sed cū dixisset, nubere volūt: cōtinuo addidit,
 damnationē habētes, & dixit quare: quoniā priorem
 fidē irritā fecerūt, vt volūtas quæ à proposito cecidit,
 appareat esse dānanda, siue subsequatur nuptiæ, siue
 desint. Proinde, q̄ dicūt taliū nuptias, nō esse nuptias,
 sed potiūs adulteria: nō mihi vidētur satis acutē ac di-
 ligenter cōsiderare quid dicant: fallit quippe eos simi-
 litudo veritatis: quia enim Christi coniugiū dicuntur
 eligere, quæ christiana sanctitate nō incūbunt: hinc
 argumētantur quidā dicētes: Si viro suo viuo quē al-
 teri nubit, adultera est: sicut Dominus ipse in Euāge-
 lio definiuit, viuit autē Christus, cui mors vltra non
 dominabitur: quæ ergo coniugiū eius elegit, si homi-
 nū nubat, adultera est. Qui hoc dicūt, acutē mouētur
 quidem: sed parū attendunt hanc argumentationē,
 quanta rerum sequatur absurditas: cum enim lauda-
 biliter, etiā viuēte viro, ex eius consensu continentia
 scēmina Christo voueat, iā secundū istorū rationem
 nulla hoc facere debebat, ne ipse Christus (quod con-
 sentire nefas est) adulteriū faciat: cui viuente viro nu-
 bit. Deīde cū primæ nuptiæ melioris sint meriti, q̄ se-
 cūdæ, absit vt sanctarū viduarū sit iste sensus, vt Chri-
 stus eis videatur quasi secūd° marit°: ipsū enī habebāt
 etiā antea, quādo viris suis fideliter subditę seruibāt,
 non carnaliter, sed spiritualiter, virū, cui Ecclesia ipsa,
 cuius mēbra sunt, cōiunx est, quę fidei, spei, charitatis

*damnetur

S ii inte-

integritate non solum in virginibus sacris, sed etiam in coniugatis fidelibus & viduis tota virgo est, vniuersæ quippe Ecclesiæ, cuius omnia mēbra illa sunt, Apostolus dicit: Aptauit vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Nouit autem ille virginem coniugem sine corruptione sc̄etare: quem in ipsa etiā carne potuit mater sine corruptione procreare: fit autem per hanc minùs consideratam opinionem, qua putant lapsarum à sancto proposito sc̄eminarum, si nupserint nō esse coniugia, non paruum malum, vt à maritis separentur vxores quasi adulteræ sint, non vxores: & cū volunt illas separatas reddere continentia, faciunt maritos earum adulteros veros, cū suis vxorib⁹ viuis, alteras ducūt. Quapropter nō possum dicere quidē à proposito meliori lapsas, si nupserint, sc̄eminas, adulteria esse nō cōiugia, sed planè nō dubitauerim dicere, lapsus & ruinas à castitate sanctiore, quæ vouentur Deo, adulteriis esse peiores: si enim (quod nullo modo dubitādū est) ad offensionē Christi pertinet, cū mēbrū eius fidē nō seruat marito quanto grauius offenditur ipse Deus, cū illi ipsi non seruatur fides in eo, quod exigit oblatū, quod nō exegerat offerendū: cū enim quisq; nō reddat quod nō imperio compulsus, sed consilio commonitus vouit, tantò magis fraudati voti auget iniquitatem, quantò minus habuit vouendi necessitatem.

Idem Gelasius eadem causa & q.

DE viduis sub nulla benedictione velandis superioribus

rius latè sufficienterq; prædiximus. Quæ si propria volutate professam pristini cõiugii castitatē mutabili mente calcauerint, periculi earū intererit: quali Deū debeāt satisfactione placare: quia iuxta Apostolū primam fidem irritam fecerunt: sicut enim si se forsitan continere non poterant, secundum Apostolum nubere nullatenus vetabantur: sic habita secum deliberatione, promissam Deo pudicitie fidem debent custodire: nos autem nullum talibus laqueū debemus iniicere: sed solū adhortationes præmiū sempiterni, pœnãsq; proponere diuini iudicii: vt & nostra sit absoluta conscientia, & illarum pro se rationem Deo reddat intentio. Cauendum est quippe, quod de earum moribus actibusq; beatus Paulus testatur, dicens: Quod plenius exponere præterimus, ne sexus instabilis non tam deterreri, quã admoneri videatur.

Item Theodorus eadem causa & q.



SI quis votū virginittatis habens etc. Quòd autem vouentes præmissis authoritatibus iubentur abinuicem discedere, quorum verò coniugia authoritatibus Aug. & Theodori soluenda non sunt: in capitulo de oratione clericorum euidenter ostenditur. Illud autem Innocentii, quo virgines sacræ publicè nubentes, illo viuente cui se coniunxerant, prohibentur admitti ad pœnitentiam: non ita intelligendum est, vt aliquo tempore excludantur à pœnitentia: quæ dignè pœnitentiam agere voluerint: sed prohibentur admitti

ordinatione

ad pœnitentiam, quę ab incesti copula discedere noluerunt: post propositum nanq; sacrae religionis non potest Deo per pœnitentiã reconciliari, quę ad habitum suę professionis redire neglexerit: tunc enim ille cui se iunxerat, ei defunctus erit, cum ab illis illicitis amplexibus hæc penitus recesserit, vt iste sit sensus capituli: Quę Christo spiritualiter nubunt, si postea publicè nupserint, non eas admittendas esse ad pœnitentiã cõsemus, nisi hi quibus se iunxerãt, de mũdo recesserint, eis subaudiẽdũ est nubẽtibus: tũc enĩ viri de mũdo recedunt, tũc defungũtur, cũ ab earũ cõcupiscentia ipsæ penitus se alienauerint: sicut mundus ei dicitur mortuus, quem suis illecebris non adstringit: & ille perhibetur mortuus esse mundo, qui nihil in mũdo cõcupiscit: hoc autẽ sic intelligẽdum esse, ex subsequẽti exemplo, idem Innocentius ostendit, dicens: Quęcunq; viro viuente alteri nupsit, adultera habeatur, nec ei agenda penitentia locus concedatur, nisi vnus ex eis fuerit defunctus, hoc de relicta intelligendum est, quæ si viuente viro suo alteri nubit, adultera est, nec ad pœnitentiam admittitur: nisi vel primus reuertatur in puluerem, de quo sumptus est, vel secundus ab eius copula cessando ei moriatur, vt dictum est supra: quia ergo Christus, cui spiritualiter nubunt, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur, restat vt ille cui secundò nubunt ei moriatur: in vtroque autẽ nisi sic intelligeretur, esset contrarius Domino dicenti per prophetam, In quacunque

cūq; hora peccator conuersus fuerit, &c. & cunctis interpretibus diuinæ legis inueniretur esse aduersus. probatur illud idem autoritate illius capituli, quo deuota, quæ maritū acceperit, prohibetur ad pœnitentiam admitti, nisi vel vterq; continentiam professus fuerit: vel ille cui se iunxerit, de hoc mūdo decesserit. Atque hæc ego ex decretis, vt videas Lector, Bucerū ad suæ causæ hostes confugere, à quibus videri vult tela eripere quædā, quibus cōfodiat ac iugulet, quod sit aduersum. Quia in re, tuum iudicium adhibebis, quem non dubito Canonibus hiis lectis facilè perspecturum, quod Bucerus in sanctis patribus citādis fecerat, id eū perpetuò facere, vt semper & vbiq; euadat sui similis, & vtcunq; à cæteris veritate dissentiat, mēdaciis & vanitate nō discrepet ipse sibi. Et tamen audite quāta cū cōfidentia meā operā flagitat, vt excutiā, vt perpendā ista sua. Scribit enī in hunc modū.

» Ista Vintoniensis excutiat & perpendat: si que po- Bucerus.
 » test, ostendat his non esse planum factum, legem il-
 » lam, cuius suscepit defensionem, quæ à sancto con-
 » iugio prohibet omnes in ordinem sacerdotum, vel
 » ad vitam cœnobiticam semel assumptos aut assu-
 » mendos, non solū nulla posse defendi Ecclesiæ
 » Christi, vel S. patrum autoritate: verumetiam
 » omnino aduersari, sicut ipsi Dei legi, ita etiam ve-
 » ris atque catholicis Ecclesiæ sanctę Dei Canonibus,
 » consensuq; omnium sanctorum & orthodoxorum
 » patrū. In his ergo faciat Vintoniēsis Episcopi officiū,
 & veris

Seipsum gra-
phicè depin-
git Bucerus.

& veris nos, si valet, argumentis conuincat erroris: »
ac desinat tam futilibus & irreligiosis captiunculis di- »
uinas & S. patrum sententias deprauare: nostrā sim- »
pliciter ac piè propositam confessionem calumnio- »
sis sophismatis peruertere: & prætermiſſis nostris »
solidis argumentis, quædam hinc indè verbula sua »
dicacitate arrodere: atq; in locis se iactare ambiguis, »
in quibus causa non consistit: interim nimis benignè »
declinatis veris confessionis nostræ fundamentis, & »
manifestissimis diuinarum scripturarū testimoniis. »
Hęc enim non Episcopo modò, sed ne homine qui- »
dem digna sunt: sicut & canina illa facundia, cuius »
nec modum nec finem statuere in his contra me »
scriptis potuit. Hęc dicta sint de altero nostræ defen- »
sionis loco: quo docendum suscepi, sicut Dei, ita »
Ecclesiæ Dei legibus, S. patrum authoritatem om- »
nino repugnare, quòd coniugii sancti abiuratio & »
abſtinentia exigitur ab omnibus, ad sacerdotium & »
vitam cœnobiticam, & admittēdis & admissis. Hęc »
Bucerus, cuius voto, opinor, me satisfecisse, etiam si- »
minus ille in cœlibatu satisfecit suo. Num videor tibi »
Lector, excussisse singula, quod hic optabat? Adfui »
fortasse in hac parte diligentior, quàm volebat: quod »
enim Bucerus planum fecisse iactitat, veritate in te- »
nebras coniecta, id ego veritate in lucem asserta li- »
berali manu arbitror me reddidisse salebrosum, vel »
in parte Bucero aduersa, planum potiùs. In cæteris »
quæ mihi obiicit, de se facit coniecturā, & quibus se »
vitiis

vitiis irretitum sentit, ea mihi obiicit omnia per ca-
 lumniam. Vt enim tecum in memoriã redeã Lector,
 quæ de causa Bucerus ex Patribus, quæq; ἀπὸ τῶν πατέρων
 protulit, summa huc redit: vt multa quidem, haud
 multum, vel nihil potiùs pro se: in se verò, & causam
 cui patrocinator, & multa & multum dixisse videat-
 ur. Testimonia Patrum, quæ produxit plurima, nec
 vt ille ea retulit, mutila, corrupta, viciata, fide mala,
 causam eius adiuuare omnino: & vt ego reddidi, in-
 tegra, fide bona iugulare Bucerum, pro me pugnare,
 manifestum est. In quibus excutiendis, si tibi Lector
 molestus: si verbosior, quàm tu desiderasses: si pro-
 lixior, quàm res ferebat: si captatis occasionibus ar-
 gutior, quàm argumentum postulabat: si iucundis
 loquendi formis facetior, quàm tantæ causæ graui-
 tas pateretur: intelligas velim id mihi propositum
 fuisse, vt vbi hominẽ istum captum, irretitum, sub-
 uersum tenerem, ibi eum vt stringerem & detine-
 rem diutiùs, ac tanquam inspiciundum ac notan-
 dum aliquousque retinerem, putauit expedire, ne, si
 illum leui, tumultuario, ac celeri gradu correptum
 statim dimissem ac emissem manu, nulla in auri-
 bus, nulla in mentibus rerum memorandarum alta
 vestigia relinquerentur. Itaq; ægrè dimisi hominem
 in testimonio Hieronymi explicãdo, mihi nũquam
 videbar dixisse satis de Buceri versutia atque fallacia,
 difficulter mihi ipsi imperaui in Hilario, Gregorium
 mihi visus sum vix attigisse, ita multa præterii, quæ
 T dici

dici potuissent, Augustini cursim memini. De Bern:
 hardo fuit occasio dicendi plurima, quæ ego cōtraxi,
 vt mihi videor, in compendium. Verùm ita fuit: ego
 in medio cursu iactatus, tanquam succedentibus vn-
 dis, nec ita me expedire potui, vt volebã: & in non-
 nullis hæere ac immorari longiùs, quàm cupiebã,
 res ipsa cogebat quæ agebatur. Tractaui τὸ ἔκτρον, quod
 ideo Græcè, quàm Latinè efferre maluit Bucerus,
 vt quod re non suberat, insolentia vocis non vsitata
 accederet, si nihil aliud, vel sono subsisteret argumen-
 tum. Neque enim quicquam habet τὸ ἔκτρον Buceri,
 ad causam quam suscipit, confirmandam, præter ip-
 sum τὸ ἔκτρον soni nouitate, commendatũ. Quo enim
 vno Bucerus cum suis præcipuè nitebatur, nempe
 illo Apostoli dicto: Sit vnus vxoris vir, eius dicti
 vim sibi eripit ipsi Bucerus ipse, commendatione
 Chrysostomi, cui omnia ferè tribuit in scripturarũ
 interpretatione. Quid autem sentiat Chryso-
 stomus, ex ipsis verbis à me suprã citatis, potestis cog-
 noscere. Nam cæteræ scripturæ nihil iuuant aperte,
 quibus tamen vim facere conatur, accitis testibus, &
 quo magis exprimat, adhibitis (vt ita dicã) quæstio-
 nibus seipsum planè torquet Bucerus, cum suis testi-
 bus, & saxum voluens, nitendo haud proficit hylũ.
 Prodit suam vanitatem, suam versutiam, calliditatẽ,
 breuiter in tractandis diuinis, fidem pessimam: quod
 volebat autem, quod quærebat, quod moliebatur,
 haud potest efficere, hoc est, vt verũ videatur, quod
 est fal-

est falsissimum. Et tamen quasi se pulchrè gessisset ac præclarè, me prouocat, mihi insultat, & quæ sua esse agnoscit, mihi obiicit omnia, dicacitatem, calumniam, sophismata, & id genus virtutes, quibus iã olim & orbi est commendatissimus. Deniq; confundit disiunctissima, vt sub eandem rationem admissi iam ad cælibatum, & admittendi concludantur. Quod enim admissis negatur, quia semel noluerunt, admittendis non indicitur, sed proponitur modo: quibus quidem nihil est, quod in se grauitè proponi conquerantur, quum in eorum potestate sit, eã vitæ conditionem non subire. Quam æquitatis rationem, in similibus causis probatam, licet reperire, *καὶ τὰυτὰ μὴ τοιαύτα* nimiũ profectò multa in re minime dubia & manifesta. Sed sequitur Buceri operis tertia pars, de *ψευδολογία*, in qua versatum illum hactenus fuisse, dum in autoribus citandis occuparetur, non dubito me fecisse luculentum: sed repetit eam litem, quam illi ante aliquot annos intenderam de *ψευδολογία*, quam paucis verbis suo eiusdem ad Latomum libello contestatam, nunc demum obire, & instruere conatur, & primo congressu rem defert ad aras, vt se expediat sacramentis. Nihil est videlicet in me mentitus Bucerus: negat, & sanctè negat, sed quid potest esse sancti in eo homine, qui sic tractat sanctos Patres, quomodo vosipsi potestis iudicare? An non iniquè postulat sibi creditur Bucer.

T ii micanti

micanti in tenebris, qui nõ veretur in ipsa luce mentiri & fallere, nempe asserere, affirmare, proferre, quæ oculis inspicientium possunt reprehendi? Ergo meã causam de *ψευδολογία* superiorum præiudicio mihi euictam aio, vt frustra tecum Bucere in priuatis litigem de fide tua, quam constat in publicis esse consumptam. Nunc demum testes appellas colloqui nostri, quos aut mortuos credis, aut tempore ipso inutiles, & me sic impeditum scires, quum hæc scriberes, vt aliud haberem negotium magis ex me, quàm vt istis vacarem. Quæris ex me, cur non ediderim autographa? Respondeo, primùm, quoniam in hoc nõ scripseram, deinde meam fidem, nulla vnquam in causa labefactatam, haud iudicabã egere adiumento alio, quàm ipsa suppeditaret ex re nata, verisimilitudo. Te hoc premit potiùs, cur à me nullo modo provocatus, quum nihil minùs cogitarem, malueris falso mihi tribuere sermonem nimium stultum in priuato congressu, à meo (vt fingebas) ore prolatum, quàm edere quod scriptum ex me habebas, in quo fidem tuam suspectam rei ipsius scriptis mandatae explicatio, quam ipse per impudentiam non negassem, non paulùm profectò subleuasset: Atque adeò nunc demiror, cur non integra mea scripta edis potiùs, quàm in vsum tuum truncata, & mutila: minori enim negotio defungi potuiffes. Sed hoc non putabas expedire cause, cui subseruis, cuius, quæcunq; ea sit, potiores semper sunt apud te partes quàm veritatis.

Quare suum
scriptum ad
Bucera non
ediderit Vin-
ton.

ibid. q. 103
- 104
- 105

ritatis. Tædio Lectorem enecem, si in ista *φειδολογία* tractanda, *ματαιολογία* adderem, non necessariam. Attingã capita quædã strictim. Vintonien. Bucerũ vrget (hoc enĩ obiicitur) priuato scripto stoicè, nèpe cū assertionem scripturam obscuram audet explicare, fateoriam habes hac parte confitentẽ reum. At idem ipse, id non fero in Bucero, & in eiusdem Buceri explicatione iubeo Bucero esse scepticum: fateor id quoque. Num est Bucerus à *φειδολογία* expeditus, quia vt Bucero vrgerem priuato scripto, quod me, nec alios læderet, nulla religione asseuerantiùs scripserim: quod in publica tamen doctrina censeam non ferendum, vbi alios fallere, mea, si quæ esset, aut tua

Inopia criminũ Bucero accusat virtutem.

T iii tum, id

tum, id ego in publico, si quod emifero, postea corrigam & proferam timidius. Multa prætereo in me dicta: quantum enim valeas hac parte, vt quæ sunt tibi commoda, nulla religione dicas ex testimoniis tuis antea à me excussis, peto testimonium.

Nimiū credidit Bucerus delatoribus vanis.

Illud dignum quod adnotetur censeo, quod calamo tuo visum est dignissimum: vt quod omnes apud nos sciant esse falsissimum, id tibi in ea parte actionis tuæ referendum curauerint quidam, qua conaris eluere mendaciorum sordes: sed rem turpem & falsam, eleganter exprimis: non ponis videlicet, sed supponis (vt quidā loquuntur) si mihi ex fœdis prostibulis, odor lucri fuit, & ex abominando sacerdotum meorum concubinatu.

An expectas vt ego ista quasi dubia negem? Imò refero, vt à te in me scripta, omnes animaduertant. Addam & illa eiusdem facundiæ tuæ, qua scribis de me in hunc modum, sed non nisi schemate. Prætereo hîc, quòd pietatem veram, tantis conatibus oppugnauit, tot iam annis consulendo, instigando, impellèdo quos potuit perniciosis phismatis, calumniis, blādiciis, minis, obsequiis, largitionibus, simulatione, vi & crudelitate: Hæc Bucerus. Eat nunc & laceffat Bucèrum, qui volet, habet (vt videtis) quo se vlciscatur. Illi ista de me suppeditat res, an facundia? res verò ipsa, qui innotescere potuit, extero tam procul à nobis disfito, & diiuncto? Audiuit & credidit: charitas enim credit omnia,

bi. g. m. s.

omnia, & omnia profectò de me prædicauit, quæ
 in hominem competere flagitia possunt, non mul-
 tis verbis quidem, sed significantibus tamen, quæ
 ita claudit, vt, ni pigeret ac puderet, additurus fu-
 isset alia. Refricat iam memoriam, quod Bucerus ^{Hypocrita.}
 facit, cuiusdam hypocritæ dicti, qui sanctulus ha-
 beri volebat: qui cum amicos ægrè ferre audiret,
 quòd paulò iracundior nonnunquam videretur: ha-
 bent (inquit) sancti viri & pii, suos iræ aculeos, &
 addidit ad confirmationem: ego enim de meipso
 facio coniecturam. Stultè & arroganter ille, sed
 non ineptior Bucero, qui quo in opere veritatis,
 religionis, pietatis, causam agere videri postulet,
 omnia diiudicans testimonio spiritus: ibi se dimit-
 tit ad conuicia falsissima, & tanquam ex plaustro al-
 loquitur Ecclesiæ saltèm Episcopum, quem ti-
 tulum mihi non detrahit, & tamen nihil vere-
 tur, summam obicere omnia, quæ dici in ho-
 minem queant pessima, vim, crudelitatem, simula-
 tionem, largitionem, obsequium, minas, blan-
 dicias, calumnias, sophismata: & hæc ad impu-
 gnandam pietatem comparata. Quæ ego, haud ver-
 bis refellam, quæ fingi possunt, sed actæ vitæ mo-
 ribus, qui nulla nostra voluntate mutari, aut alii
 quam sint, cum præteriti sint, esse queant. Hos
 ego mores meos oppono calumniis tuis Bucere,
 qui si verè eiusmodi essent, quales tu prædicas,
 haud effu-

Explicatur
horribile
Vinton. di-
ctum, huma-
narū legū q̄
diuinarum
transgressio-
nē, rectē pu-
niri grauius.

haud effugissent (opinor) præsentem ultionem. Sed hæc nimirum est facundia spiritus Buceri, nihil spirans, videlicet, nisi charitates meras, & sibi in scripturis diuinis interpretandis, vendicans auctoritatem. Sed omitto ista quæ sunt omnino extra causam, nisi quatenus mihi sumpseram tractare hominem, & excussis eius dictis, tanquam in anatomiam explicatum, contemplandum proponere. Vnum quidpiam de me narrat, auditu (vt ait) horrendum, quòd dixeram in colloquio, humanarum legum, quàm diuinarum transgressionē, rectē puniri grauius, sic enim annotaciuncula marginalis habet, quod in contextu ad calumniam narratur, non multò fusiùs, sed confusiùs, cuius explicationem Bucerus habet, mea manu editam, quam horrefcit (opinor) publicare. Agebatur in eo paradoxo de feueritate humanarum legum, in quo diuinarum legum Maiestate illæsa, ad officium Principum spectare dicebam, vt cum in diuinis legibus, quas maximè sacrosanctas esse conuenit, ad multa conuiuerent Principes re ipsa capitalia: veluti quum in iratos, inuidos, auaros, ebrios, superbos, elatos, citra vim feroces, citra noxam lasciuos, gladium nõ stringant à Deo datum: haud committendum tamen existimaui, vt quæ suis ipsorum præceptis, ad formandos populi mores, aut eos ipsos continendos, includenda putauerint, ea ad populi ingenium pœnis fanciant grauioribus, ne se sinant contemni, & ebrium (verbi causa) relinquunt vindictæ Dei

dictæ Dei, mulctent tamen eum, qui carnibus contra edictum feria sexta vescatur. Expedi enim præfenti necessitati, vt Principibus obediatur, & eorum authoritas conferuetur illibata. Quid statuunt Principes, ipsi viderint, qui stant aut cadût Domino suo, quorum mādāta, si eiusmodi sunt, vt cum religione non pugnent, haud esse putavi generosi pectoris, de pœnis esse sollicitum, quum vltro obeas & facias, quodcunque præcipiatur. Sin aduersentur, materia est palmæ, homini persuaso, & ea fide prædito, quæ iustificaret. Principum verò edicta, nō vellem labefactari contemptu, quæ quasi gradibus quibusdam à diuinæ legis mulctā sumptis (si singula minutatim gladio suo vindicanda Principes sumerent) in scitis & placitis suis, quæ temporum & morum ratio posceret, ad minimum & contemptibilem mulctæ modum decrescerent. Qua in re explicanda, multis sum vsus apud Bucerum exemplis, quæ haud est necesse commemorare, sed proposui inter cætera, de irato, quam verbi causa mulctam statueret inferendam à Principe, cū sit frequens populo vitium, & diuina lege vetitum. Hic etiam atque etiam videndum esse dicebam quid fiat, si eam rationem sequamur, vt infimam in diuina lege vindicanda mulctam, summam & grauissimam statuas in vindicandis humanis: vt enim propositū exemplum prosequar: Quid aias leges minari iracundis? mortem? Hoc verè horrendum esset humanę imbecillitati: Num bonorum
V publica-

publicationem? ridiculè, num certè pecuniæ mulctam? opinor: nam carcer, plage, verbera, haud ferenda. At quantulæ pecuniæ? denarii fortasse aut eo pluris, minorisve paulùm pro delinquentium diuitiis, vel paupertate. Atque hoc quoque in fragili natura nostra hominibus biliosis videretur permagnum. Sed quicquid sit, si hanc regulam sequerentur Principes, vt edictorum suorum violatorum mulctam ita attemperarent, vt ne sua grauius vindicent quàm diuina, omnia autem diuina ducerent suo gladio vindicanda: quàm infirma & contemptibilia futura sint mandata Principum, vides: quorum contemptum denario posse expiari, omnes intelligerent: vt quod in veterum paupertate accidebat, cum pœna nummaria constituta, iniuriæ vindicarentur, exorirentur Labeoni non dissimiles multi, qui edictorum vim soluta per contemptum mulcta cum ludibrio enervarent, quod mihi videbatur, cum de eo agerem cù Bucero, perabsurdum, & reipublicæ tranquillitati inutile futurum. Addidi illud, etsi Dei vices sustineant Principes, & gladium à Deo datum portent, nõ id spectant tamen in vindicta infligenda, quid Deo in hominum vita odiosius, sed quid maximè perturbet societatem humanam. Homicidas quoscunque ergo & fures gladio extinguunt, quum inuidos, maledicos, auaros, ne attingant quidem digito, quos in conspectu diuini iudicii grauius peccare nonnunquam arbitror, quàm qui subito & vehementiori dolore perciti,

perciti, quem cædere modò volebant, ictu infelicio-
 occiderunt. Et tamen qui occiderit quoquo modo,
 nisi defensionis æquitatem allegauerit, vitæ item
 amissionē sustineat ab humanis legibus quū avaris,
 inuidis, maledicis, fratrem innoxium lingua trucidan-
 tibus, nemo vsquam ex legibus faceffat negociū. Ista
 ego apud Bucerum explicui prolixius, sapius testa-
 tus, non me leges conferre cum humanis diuinis,
 (quod absit) sed tractare politiam & œconomiam
 gladii cum eo quoque, quòd in contemptu huma-
 narum legum, diuinæ Maieftatis contemptus com-
 prendatur, vt Dei in homine potestatem spernēs,
 & humanam in re neglecta, & diuinam in authori-
 tate spreta legem, vno eodemq; facto, violare dica-
 tur. Quæ me dixisse quum sciat Bucerus, ac durum
 paradoxi sensum, & verbis & scripto quod apud se
 habet, emollisse: maluit tamen (vt videtis) homo
 pius, (nā hoc cognomine dignus videri vult) hac me
 aspergine maculari, quasi humana diuinis censuerim
 anteponenda, quæ quàm retulerit simpliciter, tuo
 Lectori iudicio relinquo. Post hæc Bucerus narrare
 occipit nostra in primo congressu dicta, & quod ego
 argumentum Socratica inductione attuleram, quo
 hominem protraherem in vltiorem discepta-
 tionem, & hac occasione ad aliquem scripturæ lo-
 cum producerem, in quo interpretando, sublatis
 aliorum autoritatibus (quod ipse volebat) varia
 esse & ambigua disceptatio posset, id argumentum

Bucerus ita recitat, quasi in eo summam causæ & firmamentū posuiffem. Quò cū perueniffemus, hoc est, ad Pauli locum in epistola prima ad Corinth. vbi patris in filiam potestatis fit mentio, id mihi fingit ab ore excidisse, quod & falsum est, & in hominem non omnino stultū, haud queat competere. Patres enim per inopiam non collocare filias, quum nemo ferè ducat indotatam, cū ratione dici potest: quosdam verò patres propter inopiã collocare (nisi prostitutionem innuas) somniantis oratio foret, haud vigilantis: & tamen hæc me dixisse, sanctè narrat Bucerus, sed eadem fide, qua Hieronymum laudauit, & ceteros testes. Quæ sequuntur hîc apud Bucerū, illam de loco Pauli interpretationem inuoluunt, non explicant. In qua tota causâ, ego sic pugnabam cū Bucero, vt non videretur Paulus ad internam filiaë vocationem referre omnia: quod si esset, haud videbam quî possit pater quid certi statuere de nuptiis filiaë. Hæc in scripto priuato tractaui liberè, nō tam agens, vt doceã Bucero, hūc aut illum sensum esse, quàm Buceri sensum esse absurdū, etiamsi interpretationi, quæ ex verbis videbatur verisimilior, subiecerã Epiphonema, eam esse genuinam Pauli sententiam, disceptantis modò, non definiētis. At verba sunt (inquit) definiētis fateor, sed ab eo prolata, qui nō propriè id agebat, vt cōfirmaret sua, sed euerteret tua: & vt ostenderem, quæ pugnae orirentur & incrucescerent sublata, authoritate, quæ pro regula disceptantibus foret,

bus foret, quum secus Bucero videretur. Bucerus ci-
tatis Ambrosio, Hieronymo, Primasio, Thoma,
Glofa ordinaria, Nicolao Lirano, conatur probare,
filia voluntatem facere necessitatem patri, ne seruet
inuitam, quasi id ego vnquam negauerim, qui in eam
sententiam citavi Photium: vbi nihil opus est, ibi mul-
tus est: vbi res flagitat, ibi mutus est. Non seruandam
filiam inuitam, extra quaestionem est: necesse enim
habet pater, hoc dare filiae: tota quaestio est in seruanda
virgine, in quo pater melius faceret, vt dispiciatur,
qui possit conicere vocationem filiae internam, vt in
corde quid firmi statuatur pater, illud quaerebatur. Bu-
cerum nihil pudet post recitatum Photium, fortiter
affirmare a se stare, cum hoc eam modo partem ex-
plicet, quae non erat controuersa, de non seruanda
inuita virgine, de quo additur ratio apud Photium,
ne si in deterius inclinaret virgo, sibi ipsi veniam det, &
causam erroris reiciat in eum, qui ipsam ad virgini-
tatem vi adiecit. Nunquid audis Bucere, si post votum
quid acciderit, non trahi in causam Deum, qui non
donauerat, sed parentem qui impulit, qui suauit, nec a
defectu internae vocationis, sed a violentia externae
persuasionis, ducitur querela eius, quod non succes-
serit, recte hoc est, si in deterius inclinauit virgo. Sed
causae statum dissimulas, & ea vrages, quae concedun-
tur. A caeteris quae premunt, elaberis quaestione re-
lata. Quid hoc Episcopo ad institutum tuum? Respon-
det Episcopus. Multum profecto per omnem modum,
V iiii cum

An non haec
Sophistae sunt
statum causae
dissimulare,
& versari in
concessis?

cùm hoc ageretur, an ab interna vocatione quæ latet, signum petat pater, qui non est ipse καρδιογνωσκῆς, cur enim relegetur ad signū, quod nequeat deprehendere? Sed addit Bucerus, Consideret pater ὁρμηρ καὶ γνωμηρ, vnde ducat rationem ad matrimonium opinor, sed de cælibatu agitur. Bucerus profert ex scripto priuato verba quædam mea, Bucerana fide excerpta, vt calumniatur: id quod si integrum scriptū meum edidisset, nō minus clarè cerneret, quàm eiusdem in citandis patribus malam fidem deprehendis. Sed Bucerus arreptis duobus verbis Græcis ὁρμηρ καὶ γνωμηρ, in hiis significari vult vocationem & donum: nempe opinor in ὁρμηρ vocationem notat, quòd habeat aliquid non dissimile impetus modici, in γνωμηρ donum, quòd hoc mulier decernit. Sed nec hiis cōtentus Bucerus iubet patrē in filia discutere & diiudicare, quæ à Satana, quæq; à Deo suggesta videantur, & eligere potiora. Nihil dictu facilius, siquidem possit vt non fallatur: sed si sefellerint iudicia patris, quid hīc dicat Bucerus, non video, nisi vt me roget loqui cōmoda. Ludit in causa Bucerus, speciosis verbis tetricè: nihil enim aliud quàm verba fundit sancta illa & sacra, sed quæ, quod est controuersum, non expediunt, vt signis Buceranis certi sciamus, dedisse vel non dedisse Deū cælibatus donū, vt si post votū noua de matrimonio consilia fuerint, concludamus defuisse voto Deū, nō eā sua culpa defecisse quæ vouerat, & respexisse retrò, nec recta via aratrū persecutā, in quod miserat ma-

miserat manum. Interim illud te volo animaduertere Lector, quomodo, quod à me per ironiã de medico patre in scripto priuato, ad denotandam sensus absurditatem additum fuerat, id ille tanquã ferio dictum (ad quam rationẽ esset certè stultè dictum) contra me profert, ne non ubiq; se præstet verè Bucерum, & tamen quasi se bellè gessisset, hîc exigit à me, vt me fatear conuictum. Deinde cū me ad hunc modum prostratum deiecerit, pergit suo more explicare illū locū Pauli suis coniecturis, quas si quis illi concesserit, quo est ingenio ad cõminiscendū apto, haud deerit cõmentū quo euadat aliunde, & tamen reducitur tandē in labyrinthū. Impediunt enim hominẽ mea sophismata, quę (vt videtis) solis valet precibus discutere. Remittit enī patrẽ ad preces, vt oret sibi à Deo dari, quo firmus sit, & hic infarciūtur sententię de bonitate Dei in suos, & subiicitur ex psalmo: Consiliū Domini in eternū perstat, & cõfirmat opus suū, & alia in eã sententiã multa, de quibus haud ambigitur. Ista equidẽ nõ reprobō, & vt fierent, suaderẽ ipse. Sed in hoc est quæstio, si peractis à pio patre precibus, nõ repugnãtibus *ὁρμῆ* & *γνώμῃ* filiæ, quatenus ea quidẽ patri perspiciãtur, filia sit à patre dicata virginitati, deinde *ὁρμῆ* & *γνώμῃ* in alterã reflexis vitę cõditionem, maritus huic virgini desideretur, quæ iã negat internam vocationem, ac Deū conqueritur non dedisse donū: quid fiet deniq;, nūqd audiet, si se nõ continet, nubat in domino? Respõdebit fortasse Bucер^o, quod

quod ille apud Ciceronē de Gygis annulo : nempe, non potest fieri. At quæro si fortè? Nullo modo (inquiet) & hic erit locus farragini scripturarum, certū Domini auxilium pollicentium suis, quos in via diriget, & curabit ne labantur: decretum Domini immutabile, & verbum eius manet inæternum. Ergo Dei vocatio ex euentu constabit: nempe si perstiterit dicata, iam videlicet vocata est: sin minùs, nō fuit vocata. Et tamen Hieronymus tuus testis sic loquitur de cælibatu. Multi vocati, pauci electi. Incipere (inquit) plurimorū, perseverare paucorum. Secundū te autem nunquam erit pater firmus, sed ab euentu firmandus, interim tamen precibus factis, piè expectans quid statuit Deus, qui sequitur sua decreta, iam dudum absoluta, nec nostris est precibus alligatus, ut det aliis, quàm destinatis & electis, quos ipsos solos novit, & cui voluerit reuelare. Si dixeris Deum petenti reuelaturum, expedita responsio, sed quī probas Deum velle nobis communicare arcana consilia extra salutis causam, quotiescunque petierimus? Omni (inquires) petenti, dabitur. Ne ergo causentur Deum cælibatum non dedisse, qui in Ecclesia voventes, & cum Ecclesia orantes, id petierunt: dices decreuisse, omnibus non dare, sed certis. Sed hoc sumis tibi, quod præter te nemo. Et Hieronymus tuus negat, negat Gregorius, negant cæteri: qui quidem non Deo non danti, sed homini non perseveranti & retrò respicienti, imputandum censent, si quis à vo-
catione

1000

catione defecerit cælibatus. Quod Paulus simpliciter enunciat de firmitate consilii in re præfenti, quæ temeritatem excludat, & deliberationem certam complectatur, id vis de euentus firmitate intelligi, quod solus Deus nouit & præstat: hominū autē sit nemo, nisi quē Deus afluauerit prophetiæ spiritu. Vexat te aliud sophisma (vt vocas) meum, quod magis eleuas infamia appellationis, quā re ipsa diluas, quū cupias eluere. Etenim si ea semper Dei in patrē est benignitas, vt certū de filiæ vocatione reddere voluerit ^{ὁ θεὸς, ἡ πόλις,} precibus piis, in quibus tu ponis certissima signa: necesse erit patri semper obsequi, nec vllus vnq̄ relinquētur voluntati locus, sed perpetua necessitate obstringetur. Sed hīc fallitur Vinton. hīc hēret videlicet, nec intelligit cū necessitate consistere voluntatē, vt velimus etiā quod sit necesse, id quod Bucerus tradit luculenter. Qua tractatione sua lucem obscurat, non discutit tenebras. Illud dilucidet nobis Bucerus, quomodò præcipua voluntatis nostræ potentia, quæ est Eligere, cum necessitate proposita consistat, quæ est vnius modo partis. Cū enim necesse est mori (verbi causa) etiam si mori velit, haud rectē tamen dicitur, eligere posse eū, an velit mori, cū nihil altrinsecus sistatur, quo electio efficiatur. Itaq; de lubēte voluntate nō queritur, sed eligente, hoc est, in diuortio viarum, libera in alteram ingressione. Cū verò dicat Paulus: Si quis nō necessitatem habēs, sed voluntatē, Augustinus notat necessitatē opponi voluntati, cum

liberum

Ostēdat Bucerus (si potest) electio nē voluntatis cū necessitate posse consistere.

X quo

Conclusio.

quo ego hærere malim in vero, q̄ tecum progredi in
vanitatem. Atq; hîc me sistã, ne tuis diluendis, pro-
grediar etiã longiùs: nã cætera quæ sequuntur, nullã
meã operã poscunt, qua cõstet lectoribus operæpre-
ciũ. Pro epilogo, addã ad Dominũ preces, vt Eccle-
siæ suæ misertus, ne patiatu diutiùs ea dona lingua-
rum, artiũ, scientiæ, eruditionis, quæ ad constructionẽ
& ædificationẽ Ecclesiæ contulit, à malis & improbis
conuerti ad perniciẽ. Satis est, superq; contentiõnũ:
Illud verò cõtendamus omnes, tum cælibes, tũ con-
iuges, vt pro nostra vocatione, hac vita defuncti, eò
accedamus, quò sumus vocati, qui finis est beatus
peregrinationis nostræ. Sed itur charitate, quæ ipsa
frigescit, impediunt iniquitates, quæ nimium abun-
dãt: Dominus auferat, quod noxium est: Dominus
det, quod necessarium est, promoueat veritatem, &
omniũ in se corda cõuertat, qui vult oēs homi-
nes fieri saluos, & peruenire ad agnitiõnẽ
veritatis. Amen.

F I N I S.

Errata aliquot quæ diligentibus licet operis incautẽ subrepebant.

| Facie | Linea | Menda | Lege | Facie | Linea | Menda | Lege |
|-------|---------|------------|-------------------|-------|---------|---------------|---------------|
| 1 | in marg | gemina | genuina | 6 | 23 | videndi | viuendi |
| 15 | 7 | malicia | Bucerianæ malicia | 10 | in marg | xti | loquũ |
| 37 | in marg | piorũ | piorum | 42 | 21 | eiusmodi | eiusmodi |
| 55 | 7 | Dicens | Dices | 10 | | bibere | libere |
| 58 | 6 | irritum | inuitum | 74 | 25 | Caualdulense | Camat |
| 87 | 28 | minores | iuniores | 88 | 10 | minores | iuniores |
| 110 | 9 | inspiciẽte | inspiciente | 111 | 1 | qui | qui |
| 111 | 10 | indiciũ | iudiciũ | 126 | 6 | sumatur | rimetur |
| 127 | 13 | aut | vt | 151 | in marg | ederit | ediderit |
| 154 | 23 | impugnãdi | impugnandã | 157 | 1 | certe pecuniã | certe pecuniz |
| 160 | 2 | Primatio | Primatio | | | | |





L O V A N I I
Ex officina typographica Stephani Gualtheri
& Iohannis Bathenii Typog. Iurat.
A N N O 1 5 5 4 .




L O V A N I E
Ex officina typographica Pauli Godefridi
et Johannis Baptistae Typographorum
A N N O 1 7 7 4

2







Th
1162